SING. TRACTATUS DE IURIS INTERPRETATIONE, CONSTANTIO ROGERIO AUTHORE

Constantius Rogerius

399

SING.

TRACTATVS DE IVRIS INTERPRETATIONE,

*

Constantio Rogerio Authore.

LVGDVNI
Apud fratres de Roxio,
1549.
Cum priuilegio Regis

651.2



VLYSSES ROSEVS Lectori.

Constantius Rogerius de Bargis Pedemontanus citatur à Io. Neuyzano in Sylua circa finẽ secũdi libri & sæpius in suo tractatu clausularũ dicti Neuzani. Idem. D. Constãtus allegatur à Do. Honorato Rayssoni iuris perito procuratore in curia suprema parlamenti patriæ Prouinciæ in suis cõmentarijs ad Retractationes Legum Ciuilium hodie non receptarum, & quibus fuit consuetudine, statuto, & ordinatione Regia derogatum. Plura alia dicit dictus Rayssoni de præfato nostro authore, quæ gratia breuitatis omitto. Cupiebam hic aliqua de laudibus Legũ scribere, & immortales gratias referre de optimis beneficijs quæ ab ipsis professoribus habuimus. Tamen me remitto ad hoc in epistola ad tractatum de summo bono authoris prædicti. Lugduni xxv. Octobris, M. D. XL IX. Vale

HENRY pár la grace de dieu Roy de France au Preuoſt de, Paris Seneſchaulx de Tholoſe, Lyon Prouence, Iuge de Turin en Piemont, & à tous noz aultres Iuſticiers & Officiers ou leurs Lieuxtenantz, Salut. Noz bien aymes Vlyſſes, Iean Eſtienne, & Céſar de Roxio freres, demourans en noſtre dicte ville de Turin nous ont remonſtré qu'ilz ont puiſnagueres recouuert à grands fraiz, peine, & trauail pluſieurs Oeuures, Traictéz, Lectures, Queſtions, Repetitions, Additions, Apoſtilles, Interpretations, Conſeilz & Repertoires, ſur le Droict Canon & Ciuil, non encores imprimés, compoſéz par aulcuns Docteurs eſdictz Droictz anciens & modernes, nómés Conſtantius Rogerius, Et pluſieurs aultres, comme dans le Priuilege de ſa Maieſte plus amplemẽt ſont contenus. TOVS leſquelz traictés n'ont

n'ont encores eſté imprimez, comme dict eſt. Et daultant qu'ilz ſont treſutiles & neceſſaires pour le bien public, & facile intelligẽce desdictz Droictz lesdictz Roxio les imprimeroyent voluntiers, ou feroyẽt imprimer à leurs deſpens, ſil nous plaiſoit ſur ce leurs ottroyer noſtre permiſsion prohibitiue à tous aultres Libraires, & aultres quelcõques, de les imprimer, ne faire imprimer, ne expoſer en vente, iuſques à tel tẽps, & ſur telles peines qu'il nous plairoit ordõner, à ce qu'il ſe puiſſent rẽborſer deſdictz fraiz & impẽſes par eulx faictz pour ledict recouuremẽt, & qu'il leurs conuiendra faire à ladicte impreſsiõ, humblement requerantz icelle. POVRCE eſt il que nous ces choſes cõſiderées, & qu'il eſt treſrequis pour plus prompte, claire, certaine, & facile intelligence deſdictz droictz, meſmes ceulx

qui entendent & vacquent à la politicque & administration de iustice, que lesdictes œuures soient mises en euidẽce & lumiere, ce qui ne se peult bonnement faire sans estre imprimées & distribuées à qui en vouldra.

POVR ces causes & autres considerations à ce nous mouuans auons à iceulx Freres de Roxio inclinans à leur dicte requeste permis & otroye, & par ces presantes de nostre grace speciale plaine puissance & autorite Royale permettons & ottroyons d'imprimer, & faire imprimer par leurs commis & deputéz en cest endroit lesdictz Oeuures, Tractez, Lectures, Questions, Repetitions, Apostilles, Interpretations, Conseilz & Repertoires, faictz sur le droict Canon & Ciuil par les Docteurs susdictz de nouuel trouuéz comme dict est, & non encores imprimez : & iceulx

vendre

vendre & diſtribuer par tout noſtre Royaulme & pays de noſtre obeiſſãce à qui en vouldra durant le temps de DIX ANS à cõmencer au iour de la premiere impreſſion, qui par eulx ou leurſdictz commis en ſera faicte: pendant le quel temps prohibons à tous aultres Libraires, imprimeurs, & aultres quelconques de les imprimer, expoſer en vente, ne diſtribuer en noſtre dict Royaulme & obeyſſance en quelque maniere, que ce ſoit, ſinon celles, qui auront eſté imprimées par leſdictz ſuppliãs, ou leurſdictz commis. SVR peine de cõfiſcations deſdictz œuures, qui autremẽt ſeroyent imprimés, & d'amãde arbitraire. SI VOLONS, vous mãdons, & à chaſcun de vous, ainſi qu'il luy appartiendra, cõmettons, & expreſſemẽt enioignons, que de noz preſent permiſsion, & ottroy, & prohibitiõ fai

ctes, ſouffrez, & laiſſez les dictz ſuppli ans, & leurſdictz cõmis durant ledict temps IOYR, & vſer plainemẽt & pai ſiblement, en contraignant à ce faire & ſouffrir tous ceulx qu'il appertendra par leſdictes peynes & aultres contraictes en tel cas requiſes, Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Fontainebleau Le xxx. Iour de Nouembre, Lan de Grace Mil cinq cens quarante ſept. Et de noſtre regne le Premier.

Par le Roy. M. Francoys de Conan. M. des Requeſtes de ſon Hoſtel preſent.

Signé Bollioud.

Et ſelleé du grãd ſeau en cire iaulne.

TRACTATVS
DE IVRIS INTERPRETATIONE.

IN isto tractatu faciam duodecim principales partes. Et in prima parte tractabo quid sit Ius, & de pluribus Iuris speciebus, & qualis debeat esse Lex, & quos comites debeat habere, & de anima legis, ac de eius proprietatibus, & virtutibus: & an sublata anima, seu ratione legis, intelligatur sublata ipsa lex: & qualiter verba legis debeãt restringi propter mentem.

¶ In secunda verò parte quia tractatus noster erit de Iuris interpretatione, post declarationẽ quid sit Ius, declarabo quid sit Interpretatio, & quotuplex, & quid sit Significatio rerum, vel vocabulorũ, & qualiter intel

ligemus quæ ſit propria ſignificatio, & quæ ſit congrua expoſitio tam in generali, quàm in definitiua locutione,& aliis locutionibus:& quid iuris quando verba legis habent plures ſignificationes.

¶In tertia verò parte videbimus per quos fienda ſit interpretatio , & de interpretatione pertinente ad ſolum principem.

¶Item de interpretatione,quæ pertinet ad iudices.

¶Item doctorum ſcribentium , & cui magis ex interpretationibus ſit credendum,& quando liceat recedere à communi doctorum interpretatione.

¶In quarta parte videbimus qualis ordo ſit in interpretationibus fiẽdis ſeruandus: & ibi videbis perpulchrè qualiter leges, vel earum vocabula,

deb

debeant interpretari ſecundùm conſuetudinem vel vſum loquendi.

¶In quinta verò parte videbimus qualis interpretatio ſit fienda in legibus correctiuis, & ibi erit profundiſſima materia: & dabo pleroſque caſus valde ſingulares, in quibus leges correctiuæ poſſunt ampliari.

¶In ſexta verò parte videbimus qualis interpretatio ſit fienda in legibus exorbitantibus: vbi etiã multos caſus notabiles videbimus: & ibi etiã dicam qualiter leges priuatæ, ſeu priuilegiales, ſint amplificandæ, & intelligendæ.

¶Septimò videbimus qualis interpretatio ſit fienda in legibus pœnalibus: & ibi etiam erit optima materia.

¶In octaua autẽ parte videbimus qualiter aliæ leges non odioſæ, debeant interpretari, & intelligi.

¶Nonò videbimus quomodo, & qualiter interpretari possunt leges per contrarium sensum.

¶Decimò videbimus qualiter leges possunt interpretari per naturam correlatiuorum.

¶Vndecimò videbimus qualiter vna lex interpretetur per aliam: & ibi videbimus de interpretatione passiua

☞¶Duodecimò, & vltimò videbimus generaliter modos, qui nos instruunt, & docent interpretari, & intelligere leges: & quos debet ante oculos habere ille, qui interpretatur: & ita magnam intelligentiæ syluã poteris nanciſci.

Venio igitur ad primum, & quæro quid sit Ius.

IN

IN TRACTA-
TVM DE IVRIS INTER-
pretatione Sum-
marium.

1 *Ius, genus quoddam eſt, non paucas in ſe ſpecies complectens.*
2 *Ius id dicitur, quod uſtum inuenitur.*
3 *Ius diuinum quod dicatur.*
4 *Legis diuinæ appellatione quid ueniat, & quid humanæ.*
5 *Ius humanum duplex, canonicum ſcilicet, & ciuile.*
6 *Regula inde dicta eſt, quòd rectè ducat.*
7 *Ius ſcriptum in varias ſecatur ſpecies.*
8 *Ius Quiritum ex quibus conſtet.*
9 *Leges à ſuis denominatæ authoribus, quæ.*
10 *Lex Satyra quæ dicatur.*
11 *Rhodiæ leges quæ, & vnde dictæ.*
12 *Lex quibus vti debeat comitibus.*

13 Lex iniusta dicitur, quæ ad solius principis vtilitatem editur.

14 Lex non debet inuitare ad deluquendum.

15 Anima legis quæ dicatur.

16 Interpretatio, seu mens legis, non verbis, sed verba mentis & intentioni seruire debent.

17 Legis medulla quæ sit, & quæ superficies.

18 Ratio, seu mens legis, ipsam legem tum arctat, tum prorogat.

19 Ex præpositio causam immediatam importat.

20 Ratio, seu mens legis, omnia casus similem complectitur.

21 Interpretatio facta ob rationis identitatem, non actiua, verùm passiua censeri debet.

22 Lex an præsumatur corrigi, ratione ipsius correcta.

Lex

23 *Lex ceſſare cenſetur, ipſius ceſſante ratione.*

24 *Verba legis aut propter ipſius mentem reſtringi poſſunt.*

25 *Reſtrictio legis quando fieri poſſit.*

26 *Ratio legis non expreſſa, quando habeatur pro expreſſa.*

QVAERO QVID SIT Ius Dic breuiter † quòd Ius 1
eſt nomen generale, multas ſub ſe ſpecies continens j. diſt. eſt autem,& lex eſt eius ſpecies : vt eadem diſt.in c.ius naturale. Et dicitur † ius, 2
quia iuſtum eſt, vt ibidem : licet quandoque videatur non iuſtum, de quo ibi per gloſſam. Et iuris prima partitio erit, quia quoddam † eſt 3
diuinum, quoddam humanum. Et ius diuinum dicitur ius naturale, quod in lege,& in Euangelio contine-

tur. Vnde Isidorus quinto libro Etymologiarũ dicit, quod omnes leges aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ naturâ cõstant, humanæ verò moribus. j. di. c. omnes leges. Et, vt ibi dicitur, † omne, quod fas est, nomine 4
diuinæ legis vel naturalis accipitur: nomine verò legis humanæ, mores iuris scripti & traditi intelliguntur. Et quia iuris diuini interpretatio ad me nõ pertinet, quia esset falcem immittere in messem alienam, solùm huius operis progressus versabitur circa 5
ius humanum: †quod est duplex: quia quoddam dicitur ius Canonicum, quoddam ius Ciuile.

¶Nam cõstitutio alia est ecclesiastica, quæ sub canonis nomine continetur, & κανὼν Græcè regula Latinè nuncupatur, secundum Isidorum in vj. libro Etymologiarũ, & trãsumptiuè

uè dist. iij. c. omnes hæ ſpecies. Regula autẽ dicta teſt eò quòd rectè ducit, 6
nec aliquãdo aliorſum trahit: de quo dic vt in eadem dist. c. regula. & ibi per gloſſam.

¶ Alia verò eſt conſtitutio ciuilis: & accipio conſtitutionem ciuilem nõ in ſpecie, ſed in genere, pro quocunque iure noſtro, quod reperitur ſcriptum, ſecundum quod habetur per gloſſã in §. ius autem. Inſti. de iure naturali. Et ita accipitur in l. ij. in §. proinde. ff. de var. & extraor. cogni.

¶ † Et hoc ius ſubdiuiditur in plures 7
ſpecies, quia quoddã eſt ius naturale, de quo Inſti. de iure natu. in princip. Quoddã eſt ius ciuile in ſpecie, de quo in eo. ti. §. j. Quoddam eſt ius gentiũ, de quo in eod. ti. §. Ius autẽ gentium. Quoddam eſt Ius militare, de quo in Decretis. j. di. c. ius militare. Quoddã

est ius publicum, de quo in eadem distin. ius publicū. Quoddam verò est ius primatum, de quo videbimus in sexta parte. Quoddā verò est ius Quiritum, de quo in eadem dist. Ius Quiritū. Et istud est propriè Romanorum, vt ibidem. Nam Quirites,
8 sunt Romani, dicti à †Quirino, id est Romulo. Et istud ius Quiritum constat ex legibus, ex plebiscitis, ex senatusconsultis, & cōstitutionibus principum, & edictis, siue responsis prudentum, vt habetur in Decretis per totā secundam dist. vbi etiam declaratur quid sit lex, & quid plebiscitum, & alia, de quibus suprá. Et ista etiam declarātur in ℘. est scriptum ius. cum se-
9 quentibus. Instit. de iure, nat. †Et etiā debes scire quòd habemus quasdam leges, quæ denominātur à suis authoribus, vt sunt consulares, tribunitiæ,

Iuliæ

Iuliæ, Corneliæ. ¶Nam ſub Octauio fuerunt cõſules Papius,& Pompeius: hinc dicimus legem Papiam, quæ fuit promulgata à Papio conſule:& legem Pompeiam, quæ à pompeio. Et ſub eodẽ Imperatore fuit Falcidius tribunus plebis, à quo dicta fuit lex Falcidia.

¶Sunt etiã quædam leges Satyræ nũcupatæ. †Nam Satyra lex eſt, quæ 10
de pluribus ſimul rebus eloquitur: dicta à copia rerum,& quaſi à ſaturitate. Vnde Satyram ſcribere, eſt pœmata varia condere, vt Horatii, Iuuenalis,& Perſii: vt in ſecunda diſt. c. Satyra. Et de hoc habetur in l. j. in princ. 11
C. de Lat. li. toll. †Habemus etiã quaſdam leges Rhodias, quæ de naualibus cõmerciis loquuntur: vt in toto tit. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Et iſtæ denominatæ ſunt Rhodiæ ab inſula

sula Rhodo, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit ij. dist. c. Rhodiæ.

¶Nunc videamus quos comites debeat habere lex. Et dico breuiter
12 † quòd debet habere honestatem, iustitiam, possibilitatem, vtilitatem, & claritatẽ: quod declara sic, vt in quarta dist. erit autem lex.

Et sic debet esse valde rationabilis: quoniã ratio legem commendat, vt in prima dist. cõsuetudo & finis legis debet tendere ad bonum commune:
13 dicto c. erit autem. † Ideo si princeps eam ederet ad propriam vtilitatem, esset iniusta. De quo per Panor. in c. j. extra de const.

¶Idẽ dico si finis tẽderet ad præiudiciũ singularium personarum. c. cũ omnes. vbi casus singularis, in eodẽ ti.
14 ¶†Item non debet esse talis, vt inuitet ad deliquẽdum: vt quando pro

graui

graui delicto imponit leuem pœnã, vt faciunt ſtatuta, quæ ſunt in pleriſque locis, quæ pro grauiſſimis delictis imponit pœnam pecuniariam: & ideo nõ valet. De quo dic vt dixi in tit. de ſtat. nulli. §. j. in tractatu ſtatut.

¶ Sed quia, vt infrà patebit, in anima legis conſiſtit eius virtus, & potentia, ac modus eam interpretandi, ideo quæro quid ſit anima legis. Solutio.

† Dic quia ſuprà dixi quòd lex debet 15
eſſe rationabilis: iſta ratio legis nihil aliud eſt, quàm mens legis. l. Gallus. §. quid ſi tantũ. ff. de libe. & poſthu. l. ſcire oportet. §. illud. verſi ſed & ſimaximè. ff. de excuſa. tu. Et iſta mens legis dicitur anima legis, vt notatur in l. cùm mulier viri leuo. ff. ſol. mat. Et iſtam rationem, ſeu mentẽ legis ſemper ponderabis, ſi vis perfectè intelligere leges: quia aliàs ſi verba ſimpliciter

citer sectaberis, postergata mẽte, sensum veritatis perdes. Nã, vt dicit tex. in c. præterea. de verb. signif. plerunque dum proprietatem verborum attendimus, sensum veritatis amittimus. Nam semper mẽs est potentior,
16 quã sint verba. Hinc dicimus † quòd non intentio verbis, sed verba intentioni & menti debent deseruire: vt est textus in c in ius. alias incipit, innotuit. prope finem. extra de verb. signif.

17 † ¶ Et ista ratio, seu mẽs legis, dicitur esse medulla ipsius legis, & verba dicuntur superficies. Vnde dicit tex. notabilis in c. Marcyon. j. q. j. Non enim in verbis scripturarum, sed in sensu Euangeliũ noscitur esse, nec in superficie, sed in medulla, nec in sermonum foliis, sed in radice rationis. Et à ratione legis, non autem à verbis est arguendũ. l. adigere. ff. quãuis.

ff.

ff.de iure patron. Et illa magis atten ditur,quàm dictum,vt ibidem.Et no tatur in l.cùm pater.§.dulciſſimis. de leg. ſecundo. †Hinc dicimus quòd ratio ipſa arctat, & prorogat legem, vt habetur in clemen. j. extra de elect. Et iſta ratio tantæ eſt potẽtiæ, vt dicat Baldus in lege,de quibus.ff. de legib.quòd vbi vna & eadẽ ratio militat in plurib⁹ caſibus, tũc illi caſus non dicuntur decidi per extenſionẽ, ſed deciduntur omnes ad inſtar generis compræhendentis ſuas ſpecies. Et iſtud eſt fortè quod voluit Dy. in c. fin. de regu. iuris. lib. vj. dum dicit, Addere ex mente, non eſt extendere.Et idem dicit Albri.poſt Iacob.de Are. in volumine ſtatutorum,in prima quæſtione. Et ego do tibi de hoc glo. ad literam in c. ſi poſtquam. de elect.lib.vj.& in c.j.de temp.ord.eod. li.& 18

li.& etiam hoc videtur velle glo.in c. vnico.in verbo,& filio. de ſum. tri. li. vj.& in cle. ij. de vita & honeſt. cleri. in verbo,lineum. Et facit glo.in l.ciuitas.ff.ſi certum peta & in l.illud. C.de ſacroſanc ecclę. Et hoc probo fortiſſima ratione,quia id, quod excerpitur ex mẽte legis,dicitur eſſe ex lege. Caſus eſt in l. nominis & rei.§. verbum ex legibus.ff.de ver.ſigni.

19 ¶Sed certum eſt † quòd dictio ex, denotat cauſam immediatã: vt notatur in l. non dubium. C.de legibus.& per Bartolum in l. liberorum. ff.de ver.ſigni. Ergo quod ex ratione, ſeu mente percipitur,dicitur immediatè ex lege procedere, & conſequenter non fit extenſio. Probo etiam,quia l. prætor ait. in §.j.ff.de ope.no.nun. dicit, Edicto expreſſum eſt:& tamen in edicto illud, de quo ibi, non erat expreſſ

preſſum quantum ad verba, ſed ſolùm quantum ad mentem: vt ibi per gloſſ. & doct. Ecce ergo ibi caſum, quòd id, quod ex mente legis percipitur, dicitur eſſe expreſſum in lege.

¶ Tertiò do tibi tex. cum ſua glo. declarando prout ibi dixi in l. ſi plures. in fine. ff. de vulg. & pupil. & facit etiam l. libertum. §. ſenatus. ff. de ritu nup. ibi: extraneum ſentẽtia appræhendi. Noto verbum, appræhendi. † Et ſic ratio ipſa eſt, quæ compræhendit, ſeu amplectitur omnem caſum ſimilem. Et ad hoc etiam vide bonum text. in l. non ſine ratione. coniuncta l. j. C. de bo. quæ libe. & quod voluit Bart. in l. ij. §. equidem. ff. ad Tertull. 20

¶ Et ex præmiſsis infero † quòd illa interpretatio, quæ fit per identitatem rationis, dicitur paſſiua, non 21

actiua. Hinc infero vlterius, quòd posito quòd esset extensio, tamen adhuc in legibus exorbitantibus posset tolerari: quia si in eis toleratur interpretatio passiua, quæ fit virtute dispositionis extrinsecæ, hoc est, vi regulæ antiquæ, multò fortius ista, quæ fit vi dispositionis intrinsecæ, hoc est, vi rationis expressæ in lege, quæ est anima intrinseca legis.

¶Quæro vlterius nunquid correcta ratione legis, intelligatur ipsa
22 lex correcta. † Dic breuiter quòd si ratio legis, quæ est correcta, sit impulsiua, non ob hoc inducitur correctio ipsius legis, per nota. in l. j. §. sexum ff. de postul.

¶Si verò erat ratio finalis, tunc si sunt plures rationes finales, vna correcta, non intelligitur lex correcta: per nota. in §. affinitatis. Inst. de nupt.

nupt. & in l. liberorum. §. notanter. ff. de iis, qui no. infa. & per gloss. & doctores in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. & in authen. de nupt. §. si verò. Aut verò est vnica ratio finalis, quæ est correcta, & tunc pluſculum dubitationis, & tunc videtur quòd ob hoc non ſit correcta ipſa lex, per c. à multis. extra de ætate & qualit. vbi patet quòd ratio canonis erat correcta, & tamen dubitabatur an ipſe κανὼν eſſet in viridi obſeruantia, & papa ibi nouum ius ſtatuendo videtur eum corrigere, quaſi antè non eſſet correctus per correctionẽ rationis, vt patet ex verbo, ſtatuimus, ibi poſito, quod importat nouam prouiſionem, vt vult glo. in cle. fin. de reſcript. ſuper verbo, ſtatuimus.

¶Sed in contrarium adducitur

text.in c. miramur.de ſeruis non ordi. vbi videtur papa procedere declarando, quòd eo ipſo quòd correcta erat ratio canonis, intelligatur ipſe canon correctus. Et iſtud videtur verius.Et ita intelligatur c.à multis.præallegatum.

¶Et hoc eſt de mente glo.& Bart. in l.j.in princi. in gloſſ. ſuper verbo, prouidentia. ff. de legi. tuto. quam
23 gloſſ.no.Et facit illud generale,†quia ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex. c.cum ceſſante.extra de appellat. Et ita etiam tenet Imola in l. ſi verò. §. de viro.ff.fol.mat. Et addo aliam rationem: Nam certum eſt quòd ars imitatur naturam.§.minorem. Inſtit. de adopt. Sed clarum eſt quòd in naturalibus ſublata anima,perimitur corpus: ergo etiam in artificialibus dicemus quòd ſublata anima legis,

hoc

hoc eſt,ratione, quæ eſt anima,vt ſuprà dixi,erit ſublata ipſa lex.

¶ † Quæro inſuper an poſſint reſtringi verba legis propter mentem? Et dic breuiter quòd ſi vis reſtringere,ne quis damnum indebitè patiatur, poteris hoc facere, per l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patronatus. Nam ibi niſi fieret reſtrictio, ius patronatus periret.l.quicunque.eod.tit. Et ita loquitur l. ij.de noxali. quæ eſt valde notabilis. 24

¶Eodē modo poſſunt reſtringi,ne quis indebitè ad lucrum perueniat. Caſus eſt in l.vt gradatim.§.j. ff. de mune. & hono. & per Bar. in l. non dubium. C. de legi. Non autem poteſt fieri reſtrictio, vt alius locupletetur,per l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. quia lex tunc quantuncunque dura,ſeruanda eſt. Et ita etiam dicit

25 Bart. in dicta l. non dubium. † Ego verò indistinctè teneo quòd vbi ratio, & sic mens, est expressa in lege, potest fieri restrictio, per rationes, quas suprà dixi, dum tetigi de viribus rationis legis. Nec obstat dicta l. prospexit. quia ibi ratio non erat expressa, vel non bene poterat constare de ea: ideo standum est generalitati verborum, vt ibi, & l. non aliter. in princi. ff. de leg. iij. Et ita dicit Sali. in l. non dubium. C. de legi. & fuit opinio Baldi, licet non reperat in l. si quis seruo. C. de furtis. Et sic Bald. & Sali. quando de ratione constaret, videntur velle id, quod ego teneo. Vel potes respondere aliter ad l. prospexit. secundùm quod plenè dixi in trac. statu. in titu. de restrict. statut. interpreta. §. j.

Quid

¶ † Quid autem iuris ſit, quando ratio legis non eſt expreſſa, tamen non poteſt eſſe niſi vna, nunquid tunc illa habeatur pro expreſſa, ad hoc vt procedant omnia, quæ ſuprà dixi de ratione expreſſa. Non tango hîc, quia abundè tetigi in tract. ſtatu. in tit. de exten. ſtatu. interp. §. 5. verſic. ſed quæro quid ſi ratio. Et ſic ſum expeditus de prima parte. 26

Summarium.

1 *Significatio quid propriè dicatur.*
2 *Interpretatio quid ſit, & quotuplex.*
3 *Interpretatio quando fiert propriè dicatur.*
4 *Interpretatio quid propriè, & quid largè importet.*
5 *Significatio propria ex legis authoritate ſumenda eſt, ex definitione, & alluſione.*
6 *Teſtamentum omne teſtatio mentis eſt,*

ſed non contrá.

7 *Mutuum ideo eſt dictum, quòd de meo fiat tuum.*

8 *Inteſtatus quis propriè cenſeri debeat.*

9 *Verba legis generalia generaliter ſunt intelligenda.*

10 *Indefinita legis quãdo æquipolleat uniuerſali.*

11 *Quaſi dictio improprietatem quandam importat.*

12 *Verbum in lege plura ſignificans, quo ſenſu accipi debeat.*

SECVNDO principaliter quæro quid ſit interpretatio Pro cuius declaratione primò videamus quid ſit ſignificatio.

1 †Et ſignificatio eſt proprius & verus ſenſus attributus dictioni ab intellectu, vel ſtatuto legislatoris. Ita Bald. in rubrica C. de verb. ſignifi. Et ſubnicit quòd ſignificatio quandoque ſumitur

mitur à verbo diſponente, quandoque à re diſpoſita: & hinc intitulatur ibi de verb.& re.ſignifi. De verborum dicit, propter primum: de rerum ſignificatione, propter ſecundum. Videamus ergo nunc quid ſit interpretatio. Breuiter dic † quòd 2
aliqua eſt interpretatio correctiua. l. j. §. qui operas. ff. de ope. no. nun. Aliqua verò eſt extenſiua, de qua plenè dixi in tit.de exten.ſtatu.interpre.in tract. ſtatutorum. Aliqua eſt reſtrictiua, de qua dixi in eod.tract. in tit. de reſtrict.ſtat.interpt. Aliqua eſt declaratiua, de qua dixi in eod. tract. in tit. de declara. expo. Et de his omnibus tangit gloſſ. notabilis in l. j. ff. de orig. Iur. Et dico quòd vltima propriè non eſt interpretatio, ſecundùm Bal.in dict.rubri.de verb. ſignifi. † quia tantùm interpretatiõ 3

dicitur, quando fit extensio, vel restrictio. Et idem voluit Dyn. licet Bald. non alleget in l. iusta interpretatione. ff. de verb. signifi. & Bar. in l. liberorum in eod. tit. in tertia oppositione. & Albri. in volumine statutorum, in q. centesimaquinquagesimatertia, dicens quòd tantùm dicitur interpretatio, quando à verbis recedit.

¶Sed attende, quia gloss. in dicta l. j. de orig. Iur. dicit totum oppositū, di
4 censt quod interpretatio propriè denotat vocabuli apertam significationem: sed largè ponitur pro arctatione vel restrictione. Et pro eo adduco l. j. in fine. ff. de verbo. oblig. vbi iurisconsultus appellat expositorem vocabuli interpretem. Tamen non recedas ab eo, quod suprà primò dixi. Pro quo consueui allegare

casum

caſum Inſti. de legi. patro. tute paulò poſt princi. ibi: ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Et hoc etiam probatur in l. Gallus ſ quid ſi is. in fine & ſ. mucem de lege. verſi. etiam ſi parente viuo. ff. de liberis & poſthu. Et iſta tene mẽti propter ſtatuta, quæ dant poteſtatem interpretãdi ſtatuta aliquibus iuriſperitis: quia ex præmiſsis patet quam poteſtatem habebunt. Sed qualiter intelligemus quæ ſit propria ſignificatio? Solutio. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. dicit † quòd propria ſignificatio ſumitur ab authoritate legis. l. propriè bona. ff. de verb. ſigni. cum aliis ſimilibus. 5

¶Item poteſt ſumi ex diffinitione legis, l. j. ff. de teſta. & l. j. ff. de tute. & Inſti. de obliga. in princi.

¶Item

¶Item ex alluſione, ſeu deriuatione vocabuli. l. populus. §. territorij. de verb. ſignifi. c. cleros. xxj. diſt. l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. pet. dummodo iſta alluſio non repugnet diffinitioni:
6 † vt in teſtamento, quod dicitur teſtatio mentis, & tamen omnis teſtatio mentis non eſt teſtamentum, ſed illud, cui conuenit diffinitio, l. j. ff. de teſtamen.

¶Item verum eſt etiam quod dixi, niſi alluſio repugnaret limitationi factæ à iure. Exemplum in dicto §.
7 appellata. † vbi mutuum dicitur eò, quia de meo fit tuum: & tamẽ quandocunque fit de meo tuum, non eſt mutuum, ſed requiruntur aliæ qualitates, de quibus in d. l. ij. Dico etiã quòd priuationis relatio ad habitum dat proprietatem vocabulis. Hinc
8 dicimus quòd propriè inteſtatus dicitur

citur ille, qui potuit teſtari, & non eſt teſtatus, l. j. in princi. infrà, de ſuis & legi. De quo dic vt dixi in titu. de declara. expo. §. attingamus. verſic. lviij.

¶Si verò in lege ſunt verba ge- 9
neralia, & quæras qualiter debeant intelligi: do tibi regulam, quòd generaliter ſunt intelligenda, niſi fiat reſtrictio ratione adiuncti: vt in caſu notabili, cum ſua gloſſ. in l. ſed ſi adiciatur. ff. pro ſocio. & in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, trit. oleóque leg. & in l. j. §. non ſint. & ibi Bart. ff. de dolo. & adde quæ dixi in titulo de declara. expoſit. §. attingamus. verſic. lix.

¶Si verò lex indefinitè loquitur, 10
tunc dic † quòd indefinita legis, vel canonis regulam tradere intendentis, æquiparatur vniuerſali. Secus in

indefin

indefinita cõmunis locutionis secũdùm Iuristas. Et ita dicit gloss. in c. vt circa. de elect. lib. vj. Et debes scire quòd indefinita, æquipollet vniuersali secundùm Logicos in materia necessaria: vt, homo est animal: ergo omnis homo est animal: nõ autẽ in materia contingenti: vt, homo currit: non sequitur, ergo omnis homo currit: vt notatur in dicto c. vt circa.

¶Item debes scire quòd indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatione, non autẽ propriè, secundùm Bartol. in l. si pluribus. in princi. ff. de leg. ij. vbi tangit plenè de indefinita locutione prolata ab homine: dic vt ibi. Et probatur quòd ex interpretatione in l. si seruitus. ff. de seruit. rusti. prædio. per Bart. ego consueui meliorem textũ allegare in l. si ita relictum. ff. de leg. ij. ibi: quasi

ita

ita ſcriptum, &c. ¶Nota dictionem 11
quaſi, quæ eſt nota improprietatis.

¶Item videmus quòd hiuc dicimus quòd æquipollet vniuerſali, non autem quòd ſit vniuerſalis. Item quia ſi propriè eſſet vniuerſalis, tũc etiam in odioſis æquipolleret vniuerſali: quod eſt falſum, l. ij. ff. de liber. & poſthu. An autem in ſtatutis indefinita æquipolleat vniuerſali, dic vt dixi in tit. de decla. expoſit. §. j.

¶Quæro, in lege eſt aliquod ver 12
bum, habens plures ſignificationes, quæ dicetur congrua expoſitio? Dic quòd ſi habet plures proprias ſignificationes, accipitur illa, quæ congruit materiæ legis. l. ſi vno. ff. locati. & l. ſi ſeruus plurium. ff. fi. de leg. j. & expreſſiùs in l. quoties idem ſermo. ff. de reg. iur.

Si verò habet vnam propriam, aliam

aliam impropriam, regulariter assumitur propria, & omittitur impropria.l.non aliter.ff.de leg.j. l.j.§. si is,qui nauem.ff.de exercito. Fallit si de mẽte disponentis aliter appareat, dicta l.non aliter. vel si vsus loquendi foueat impropriam locutionem. Casus est in c.quanuis.de ver. signi. quod limita vt dicũ in quarta parte.

¶Item vbicunque proprius intellectus fouet absurditatem vel iniquitatem quia tunc debemus intelligere impropriè.l.in ambigua.de legi.

¶An autem quando impropria significatio est magis amica iuri cõmuni, possimus tunc illam accipere, & recedere à propria? latissimè tetigi in tit. de declara.expo.§.j. versi. ex prædictis verbis.dic vt ibi.

Summ

Summarium.

1 *Interpretatio quotuplex, et à quo queq; fieri poſsit.*

2 *Iudex quando à communi opinione recedere valeat.*

3 *Iudicium quare fieri non debeat ſecundum multitudinem opinantium.*

4 *Iudex quando à communi ſentẽtia poſſit recedere.*

5 *Opinio ſingularis pro matrimonio præfertur communi contra matrimoniũ.*

6 *Iudex in opinionum diuerſitate, quam eligere debeat.* & *num. 7.*

8 *Opinio doctoris famoſi cõformis gloſſæ debet ſeruari maximè.*
Gloſſa poſterior prioribus eſt præferenda.

9 *Gloſſa & doctores quando cenſeantur à priore opinione recedere.* & *nu. 10.*

11 *Opiniones ſanctorum ſparſæ in Decretis an ſint neceſſario intendæ.*

12 *Interpretatio papæ an ſit alicuius ſanctipræferenda interpretationi.*

13 *Doctor in ſacris quis cui debeat præferri.*

TERTIO principaliter videamus, per quos ſit fienda interpretatio iuris. Super quo dic, † quòd quædam eſt interpretatio iuris generalis, & neceſſaria, ac in ſcriptis redigenda: & iſtam poteſt facere ſolus ſupremus princeps. Et de iſta loquitur l. j. C. de legi. & ibi vide glo. Bar. & Doctores. Quædam verò eſt neceſſaria, & in ſcriptis redigenda, non tamen generalis, vt eſt illa, quam facit iudex in prolatione ſententiæ ex poteſtate ſibi attributa, per l. non poteſt. in fi. ff. de legi. Nam illa eſt in ſcriptis redigenda. C. de ſent. ex breuicu. recit. l. ij. & eſt neceſſaria quo ad partes, ſed non

1

non eſt generalis, per tex. notabilem in l. nemo. C. de ſent. & interlo. om. iudi. Quædam verò eſt interpretatio probabilis, non tamen neceſſaria, ſed poteſt in ſcriptis redigi, vt interpretatio, quam fecerũt, & faciunt quotidie doctores ſcribentes, & Bartol. & cæteri doctores: quæ non eſt neceſſaria, quia nemo cogitur in iudicando, & multò minùs in diſputando eam ſequi, etiam ſi eſſet communis opinio, † quia iudex in iudicando 2
poteſt recedere à communi opinione, ſi poteſt conuinci fortiſſimis rationibus, ſecundùm Hoſtũ. & Io. An. in c. j. de conſtitutio. & Panor. in c. ex literis. extra de ſponſali. Pro quorum opinione ego conſueui allegare glo. in c. iudice. iij. q. vij.

¶Item & tex. ad literã in l. j. ver-
ſic. ſed neq;. C. de veteri iure enucle-

3 tvbi dicitur quòd ex multitudine authorum nõ eſt iudicandum: quia ſæpe vnius, quantuncunque deterioris, doctoris opinio poteſt pleroſque in aliqua parte iuris ſuperare. Addo etiã But. & Panor. in c. tua de vſuris. dicentes, quòd licitè iudicatur contra communem opinionem doctorum & gloſſatorum, vbi eorum opinio iure non probatur. Et dicit etiam Panor. in c. calumniam. extra de pœnis. quòd vbi quis haberet conſilium ſecundùm opinionem alicuius acutiſſimi doctoris, licet iudex contra eum iudicaret propter communem ſententiam, quæ eſſet ad oppoſitum, non tamen debet eum condemnare in expenſis. Ad quod etiam vide Ang in l. nõ ignoret. C. de fruct. & l. expenſis: & dixi in l. cum prolatit. de re iudi. & in l. qui Romæ. §. fi. ff.

ſi. ff. de ver. ob. dic vt ibi dixi. Attende tamen, †quia licet ex cauſa poſſit recedi à communi ſententia, vt patet ex præmiſſis, tamen regulariter ab ea non eſt recedendum, per l. minimè. ff. de legi. niſi fortè ſingularis opinio eſſet humanior, vel rationabilior, & æquior, quàm communis. Ita Hoſti. & Panor. in c. ſi vir. extra de cogna. ſpiri. per illum tex. † ideo vbi agitur de matrimonio ſuſtinendo, ſingularis opinio, quæ eſt pro matrimonio præfertur communi opinioni tendenti ad diſſolutionem matrimonii, niſi communis opinio haberet quaſi textum pro ſe. Ita dicunt Hoſti. & Panor. in dicto c. ſi vir. quod Panor. dicit ſingulariter eſſe notandum. Nam paucorum opinio in caſu fauorabili præfertur opinioni multorum. dicto c. ſi vir. Et ſequitur etiam

4

5

ibi Butri. dicens quòd vbi magistri per suas glo. soluunt contractum matrimonii, nec ius expressum inducunt, si reperies aliquem scripsisse contrarium, illi adhæreas.

¶Inter opinionum ergo varietatem iudex † debet eligere humaniorem & rationabiliorem. Adde, & illam debet etiam eligere, quæ est temperata moderamine benigni & naturalis iuris, vt dicit tex. in l. non sine ratione. C. de bon. quæ libe. dicens quòd consequens est ambiguas, atq; legum diuersis interpretationibus titubantes causas benignè, atque moderamine naturalis iuris temperare.

6

¶Adde etiam quòd debet eligere illam, quæ iuuatur melioribus & subtilioribus rationibus in dubio. Casus est in c. capellanus. extra de feriis. & facit l. ij. ibi: ratio redditur, &c. ff. de

de vſuris.

¶ †Item debet etiam eligere illam, 7
quæ eſt tutior pro anima, licet videatur deterior. Vide gloſſ. notabilem in c. j. extra de ſcrutinio. Et ſi inter varietatem opinionum reperiatur aliqua opinio media diſtinguens inter alias, illi in iudicando eſt ſtandum. Gloſſ. eſt notanda in c. ſcientes. extra de cenſibus. Et probatur in §. cùm ex aliena. Inſtit. de rer. diui. ibi: placuit media via exiſtimantium, &c. Sit etiam cautus iudex, vt in dubio eligat illam opinionem, quæ eſt roborata per gloſſ. aliquam: vide Bald. in l. precibus. C. de impub. & alus ſubſtitu. † Et ſi reperies vnum famoſum 8
doctorẽ cum gloſſ. nõ recedas ab illa opinione in iudicãdo, per nota. per Ia. Butri. in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſ. Et ibi vide Sal. Et ſi reperies gloſſas

contrarias, inhæreas semper posteriori glo. quia illa censetur alias corrigere. Ita dicit Pe. in l. cunctos populos. C. de summa trin quod tene menti, propter doctores variantes multoties in suis opinionibus, prout facit sæpe Bald. quia vltimæ opinioni est standum.

9 ¶ Sed quæro an gloss. postquam visa est aliquid firmare, si referat posteà aliam opinionem, in qua remaneat, prout sæpe faciunt gloss. & doctores, & maximè Specul. & Inno. an tunc videatur recedere à præcedenti opinione. Videtur quòd non: quia gloss. ita facit in l. cùm fundum. in verbo, posteà. ff. de vi & vi arma. & tamen allegatur per doctores tenuisse primam opinionem: vt per Bal. in c. j. §. ii quis vero. lo primo, de pace iur. fir. in vsib. feud. Addo etiam Bar.

in l.

in l.ſi quis vir. §.differentia. ff. de acquir poſſ.& ibi doctores,qui allegant gloſſ. ibi ad id quod primò videtur firmaſſe , licet poſtremò referat aliã opinionem. Vide etiam Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. C.de epiſ.audi. qui allegat Specul. in tit.de compe. iudi. adi.§ 5.verſi.ſed nũquid tenere quòd in cauſa criminali non fiat prorogatio.Et ad idem allegat eum etiã Ang. in l.5.ff.de iudi. & tamen ibi allegat alios tenere contrarium,cum quibus tranſit non vltra dicendo.

¶tSed vlteriùs quæro quid ſi non allegat aliam opinionem, ſed arguit in contrarium, & non reſpondet : an per hoc videatur recedere à prima opinione? Videtur quòd non : quia ita facit gloſſ. in authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduerſus vendi.& tamen Io.Fab. ibi & Bald. in l.5. C. de 10

confeſſ. in xix. columna, eam allegant pro ſua prima opinione. & idē facit gloſſ. in c. latores. extra de cleri. excom. miniſt. & tamē. Panor. ibi eā allegat ad id, quod primò viſa eſt firmare. facit Specu. in tit. de contu. §. fi. verſi. ſed pone. & tamen Imola in l. de pupillo §. ſi procurator. ff. de ope. noui nunti. eum allegat pro prima opinione, licet dicat quòd aliqualiter videtur dubitaſſe arguendo in contrarium. Præmiſſa nota bene, vt ſcias in qua opinione gloſſa vel doctores videantur reſidere.

11 ¶ † Sed quæro an opiniones ſanctorum per totum Decretum ſparſæ, vel aliæ, ſint de neceſſitate tenendæ? Dic vt per Inno. quem ſequitur Panor. in c. ne innitaris prudentiæ tuæ. de conſtitutio. Et ſi ſint plures opiniones inter eos, an concertatio opin

opinionum excuſet quem à pecca-
to:vide Panor. in c. j. extra de deci-
mis.quòd ſic:& allegat c.j.de poſtul.
præla.lib.vj.

¶Sed contrarium videtur velle
ipſe Panor. in c. Petrus.extra de ho-
micidio.Et pro hoc facit,quia debuit
eligere tutiorem opinionem pro a-
nima,vt ſuprà dixi.

¶ † Quæro vlteriùs, cui ex inter- 12
pretatoribus ſit magis credendum:
Et primò,an interpretatio papæ præ-
ualeat interpretationi alicuius ſancti
patris? Et breuiter dico quòd ſic quo
ad cauſas diffiniendas, ſed non quo
ad ſacram ſcripturam exponendam.
Textus eſt cum ſua gloſſ. notabili in
c.j.xx.diſtinct.Et dicit gloſſ.in c.ſeq.
quod incipit,de libellis.ac etiam Pa-
nor.in c.tua.de decimis.quòd vbi di-
ctum Auguſtini iuuatur authoritate
noui

noui vel veteris testamenti, prævalet canoni, & interpretationi papæ.

13 †Sed quæro cui est magis credendum inter doctores ecclesiæ? Dico breuiter quòd Augustino magis est credendum in disputationibus: Hieronymo verò magis est credendum in historiis, & translationibus: Gregorio verò magis est credendū in moralibus. Ista est gloss. notanda in c. vt veterum. ix. dist.

¶Ex quo infero quòd in interpretatione iuris canonici prævalebit opinio gloss. iuris canonici, opinioni gloss. iuris ciuilis.

¶Et eodem modo econtra in materia ciuili prævalebit gloss. Iuris ciuilis. Ad quod etiam vide Imo. in l. j. §. potest autem. ff. de ope. no. nunti. Et idem credo in doctoribus, vt in materia canonica prævaleat opinio doct

doctorum Canoniſtarum, in materia verò ciuili præualeat opinio legiſtarum. Ad quod etiam allego bonam glo. in §. fi. Inſtit. de gradi. aliàs eſt de ſeruili cognatione.

¶ Quæro poſtremò an malè interpretari ius humanum, ſit peccatum, & maximè ius canonicum. Et breuiter dic quòd non, ſecũdum Inno. in c. per tuas. ij. extra de ſimonia. Dicit tamen ibi Panor. quòd ſi propter ſuum malum intellectum incideret in legem, non excuſaretur à delicto.

Summarium.

1 *Interpres iuris quem ordinem ſeruare debeat.*

2 *Conſuetudo mentem, mens autem ipſa verba ſuperat.*

3 *Conſuetudo legem interpretans quando ſeruari debeat. & num. 5. & 6.*

Liber

4 *Liberorum nomine qui veniant.*

7 *Consuetudo plebis seu personarũ vulgarium in interpretandis legibus non est attendenda.*

8 *Lex immunitatem dans alicui cum suis liberis, qualiter sit intelligenda.*

QVARTO principaliter quæro de ordine seruando in interpretatione Iuris. Super quo dic quòd primò, & ante omnia

1 iuris interpres † loco introductionis & isagogici, debet considerare qualis

☞ sit lex, videlicet an correctiua, exorbitãs, odiosa, vel fauorabilis, aut neutralis: quo facto talem ordinẽ seruabit, quia primò prospicere debet an illa lex, de cuius interpretatione agitur, fuerit per consuetudinem certo modo interpretata, prout fuit l. dos à patre. C. sol. ma. quæ per consuetudinem fuit interpretata secundùm opi-

pi. Mar. licet communis ſententia ſit ad oppoſitum: & tunc dico ſtandum eſſe illi conſuetudini interpretanti. quod tamen declara vt ſtatim dicã.

¶Secundò debet conſiderare diligenter mentem ipſius legis, quæ ex ratione excerpitur: de cuius viribus viditis ſuprà, in prima parte.

¶Tertiò debet conſiderare verba. Et iſtum ordinem interpretandi, ponunt doctores, maximè Bar. in l. nõ poſſunt ff. de legi. †Ex quo ordine 2
colligis, conſuetudinẽ vincere mentem, ſeu rationem, & mentẽ vincere verba, vt dixi etiam in prima parte. Et circa conſiderationem verborum multa erunt ponderanda: de quibus videbitis in vltimo §.

¶Sed quia dixi eſſe ſtandum conſuetudini interpretanti: primo loco quæro, Nunquid iſtud paſſim ſit verum.

rum. Sol. Circa hoc sic distinguerem:
3 †quia aut consuetudo ipsa interpretatur aliquã legem, vt dixi de l. dos à patre. & tunc absque dubio illi standum est. Aut verò interpretatur aliquod vocabulum ipsius legis, non obstante quòd ratio eiusdem legis aliud diceret: & tũc dico adhuc idem. Aut simpliciter interpretatur aliquod vocabulum in abstracto: verbi
4 gratia † verbum. Liberorum, importat omnes descendentes, ex proprietate vocabuli. l. liberorũ. ff. de verb. signifi. Pone ergo quòd de consuetudine loquendi solùm importet filios primi gradus: nunquid si istud vocabulum reperietur in lege, debebimus interpretari secundùm vim ipsius, an verò secundum consuetu-
5 dinem loquendi? † Super quo dicerem quòd aut ratio ipsius legis, in

qua

qua tale vocabulum reperitur, amplectitur omnes descédentes: & tunc sine dubio nõ recedam ab eius proprietate, propter consuetudinem loquendi, quia tunc constat de mente legis, quòd voluit intelligere secundùm proprietatem vocabuli, vt eius ratio demonstrat, non autem secundum consuetudinem loquendi. Verbi gratia, vt intelligas, pone quòd stante consuetudine præmissa cauetur statuto quòd existentibus liberis masculis filiæ dotatæ non succedant, vt bona præseruentur in agnatione: certè licet aliàs verbum, Liberorum, deberet intelligi secundùm consuetudinem loquendi, non tamen sic intelligetur in hoc casu.

¶ Si verò cesset ratio in lege: tũc si constat illam consuetudinem loquendi fuisse tempore legis, vel sta- 6

tuti promulgati, illi ſtabo, & ſecundùm illam interpretabor legem, vel ſtatutum. Et iſte eſt caſus in c. quanuis. extra de verb. ſign. †quod limita
7 ſingulariter, niſi iſta conſuetudo eſſet plebis, ſeu vulgarium perſonarum: quia tunc in interpretandis legibus vel ſtatutis non attenditur. Iſte eſt caſus in l. item prætor. in princi. ff. de ſuis & legi. hæredi.

¶Si verò non conſtat illam conſuetudinem loquendi fuiſſe tempore legis promulgatæ: tunc interpretabor legem ſecundum vim vocabu-
8 li: † vtpote ſi reperiatur in lege data immunitas alicui, & eius liberis, intelligam legem loqui in nepotibus, ſecundùm vim vocabuli, non ſolùm in filiis ſecundùm conſuetudinem loquendi: quia licet iſte mos loquendi ſit nunc, non tamen ſequitur quòd

eſſet

eſſet tempore legis promulgatæ. Iſta tene menti, quia alibi non reperies: & ſunt notanda ad limitationem eorum, quæ habentur in l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædilit. edict. & in l. librorum §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. iij. & l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentóque leg. Et ſic ſum expeditus de quarta parte principali. Sequitur quinta.

Summarium.

1 *Interpretatio qualis fieri debeat in legibus correctiuis.*
2 *Lex correctiua in iure multiplex reperitur.*
3 *Lex correctiua generalitatis quæ ſit.*
4 *Ius exorbitans quod propriè dicatur.*
5 *Sententia contra ſimile iuris lata, an, & qualiter dicatur nulla.*
6 *Iuri expreſſo non dicitur contrarium,*

quod legis ratiom inuenitur aduer-
sari.

7 Lex *correctiua iuris interpretati quæ*
sit, & quando restringenda.

8 Decretales *decidentes contra commu-*
nem antiquorum sententiam, non di-
cantur ob id ius correctiuum.
Sententia contra communem opinionem
lata, an, & quando sit nulla.

9 Lex *correctiua iuris exorbitantis.*

10 Rescriptum *contra ius quando valeat,*
& quando non.

11 Præscriptio *quadragenaria iuri com-*
muni propius accedit, quàm centena-
ria.

12 Ecclesia *in materia præscriptionis Rei-*
publicæ æquparatur.

13 Lex *correctiua pœnalitatis quæ sit, &*
an restringenda.

14 Statutum *dictans nullum, nisi certis ca-*
sibus, posse torqueri, qualiter intelli-
gendum.

Lex

15 Lex correctiua iurium neque pœnalium, neque exorbitantium, non est extendenda.

16 Restrictio in odiosis per impropriationem fieri potest.

17 Verba legis aut statuti, vt minùs lædatur tertius, possint impropriari.

18 Lex correctiua an saltem propter mentem ampliari possit.

19 Fauor publicus à fauore pio specie differt.

20 Rationem in lege expressam esse, & nõ esse, quando paria sint.

21 Correctio legum an & quando per dictiones taxatiuas induci possit. & num. 26.

22 Lex tollens faculiatem aliquid faciendi, non potest ampliari.

23 Filiifamiliâs in quibus testari nequeant.

24 Taxatiua dictio in lege posita quando correctionem inducat, & quando nõ.

25 Minorum *praedia quibus casibus alienari possint.*

27 Lex *correctiua an licitè amplietur, in quaratio expressa mouetur.*

28 Lex *corrigens nec ob rationis identitatem nec maioritatem extendi debet.*

29 Extensio *quando fieri possit ob identitatem vel maioritatem rationis. & num.31.32.& 50.*

30 Statuũ *nullum est, quod delictum graue pecunia emendat.*

33 Dispensatio *in spiritualibus alicui facta trahitur etiam ad temporalia.*

34 Dispositio *cõtra ius facta ampliari potest ob maioritatem rationis.*

35 Ratio *eadem quando efficiat extensionem.*

36 Interpretatio *eadem fieri solet in statutis, quae in stipulationibus.*

37 Verbum *latè & strictè significans qualem admittat interpretationem.*

Prou

38 *Prouidens alicui de beneficio, eum eligere dicitur.*

39 *Curator, dictio in lege corrigente posita, ad tutorem trahitur.*

40 *Nepotes an filiorum venuant appellatione.*

41 *Contractus nomine, quasi contractus, omnisque obligatio continetur.*

42 *Extensio ad alium casum fit in dispositione legis, non autem in dispositione hominis. & nu. 46. & 47.*

43 *Beneficiorum nomine non venit maius beneficium.*

44 *Verba legis corrigentis in casu vero, non autem in ficto, intelligi debent.*

45 *Casus fictus an & quando contineatur sub casu vero.*

48 *Interpretatio facta iuxta regulam parificantem duos, non actiua, sed passiua dicitur.*

49 *Ecclesia in materia præscriptionis cō-*

munitati, seu Reipublicæ æquparatur.

51 Ratio nõ eadem in Ecclesia, quæ in Republica, *sed similis tantùm.*

52 Lex exorbitans *an extendi possit ad alias personas per rationis identitatem.*

53 *Hæredes extranei non veniunt filiorum appellatione.*

54 Lex *quantumcunque correctiua, per rationis identitatem ampliari potest. & num.* 57.

55 Interpretatio *declaratiua in quibus locum sibi vendicet.*

56 Extensio non dicitur, *quoties ex mente aliquid adijcitur.*

1 QVINTO principaliter quæro † qualis interpretatio sit fienda in legibus correctiuis? Et breuiter certum est quòd debent restringi quantum est possibile: quia

quia propter correctionem iuris cõmunis sunt odiosæ, vt dicit tex. in c. j. in fine. de filiis presby. lib. vj. intantum vt Bart. & doctores communiter in l. omnes pop. ff. de iusti. & iur. & in authentica, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si constante. in princi. ff. sol. matr. & in l. si verò. §. de viro. in eod. titu. & etiam Imola ibi teneant quòd etiam per identitatem rationis non possint extendi talia iura.

¶Sed domini, hîc opus, hîc labor est: & cùm simus in agro pingui constituti, oportet altiùs exordiendo discuti hanc celebrem materiam.

¶Et dico quòd multiplex est lex correctiua, & loquor siue de lege ciuili communi, siue municipali. Nam quædam est correctiua generalitatis in aliqua specie: quædam est corre- 2

ctiua similitudinis: quædam est correctiua iuris interpretati à magistris: quædam est correctiua iuris exorbitantis: quædam est correctiua pœnalitatis, vel alterius odiositatis: quædam est correctiua aliorum iurium.

3 ¶ † Circa primam speciem legis correctiuæ generalitatis, potes exemplificare in casu l. si constante. in princi. ff. sol. mat. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. fi. C. de inst. & substit. sub condi. fact. & l. precibus. C. de impuberum & aliis substi. & l. si verò. in ꝑ. de viro ff. sol. mat. secundùm communē intellectum: licet ibi ego aliter necessariò intellexerim illum tex. quæ omnia iura deuiant à sua regula generali.

¶ Et istud ius propriè non dicitur correctiuum, sed potiùs distinctiuū, vt vult Bart. in dicta l. si constante. &

voca

vocatur propriè ius exorbitans: vt notatur in dicto §. de viro. † Nam omnis exceptio à regula, dicitur ius exorbitans: de cuius iuris interpretatione latè videbis in §. sequenti, ideo hîc vlterius non insisto. Dixi quòd etiam quædam est lex correctiua similitudinis, vt est illa, quæ decidit contra id, quod expressè non est decisum, sed per simile. l. non possunt. ff. de legi. & tunc dico quòd tale ius bene patitur interpretationem de similibus ad similia: vt est casus in l. de quibus. ff. de legi. & maximè intelligendo rectè illum tex. secundùm quod dixi in tractatu statutorum, in tit. de extensiua statu. interpre. in §. j. vbi videbis plerosque errare in intellectu illius legis: & sic patet tale ius non esse adæquandum iuri decidenti contra ius expressè decisum: quia 4

non

non dicitur propriè contra ius, sed potiùs dicitur præter ius, secundùm Panor. in c. cùm sint. extra de decimis. Et ad corroborationē præmissæ conclusionis, adduco notata per Innocentiū in c. cum speciali. extra de appella. vbi videtur velle † quòd sententia lata contra simile iuris non dicatur nulla, tanquam sit contra ius expressum. Et sequitur Imola in l. cum prolatis. extra de re iud. & etiā sequitur Cy. in l. ij. C. quando prouo. non est necess. quasi tunc non dicatur contra casum expressum. quod latiùs declarat ipse Cy. in l. j. C. de legi. dicens id esse contra casum legis, quod est contra legem scriptam in terminis occurrentibus, vel omnino indifferentibus: secus si termini sint differentes, licet propinqui, & habeant rationis identitatem.

¶Ex

¶†Ex quibus infero etiam quòd illud, quod eſt contra rationẽ legis, non dicitur eſſe contra ius expreſſum: & conſequenter valeret ſententia lata contra rationem legis. Nec tunc procederet l. ſi expreſſim. ff. de appella. Sed reperio Butri. & Panor. in c. j. extra de re iudi. tenere contrarium: quia ratio legis, eſt ipſa lex. Et hoc credo verius, per ea, quæ dixi in prima parte huius tractatus: vbi habuiſtis iura, gloſſas, & authoritates ad hoc. 6

¶Dixi & tertiò, quòd † quædã eſt lex correctiua iuris interpretati, puta quando lex noua, vel ſtatutum decidit contra communem ſententiam doctorum in caſu, vbi ſunt opiniones. Et dico quòd tale ius licet decidat contra communem ſententiam, non tamen debet reſtringi ad inſtar 7

instar iuris correctiui. quod probo: quia si tunc fieret decisio iuris canonici, ei staremus, etiam in foro ciuili, ex quo inter doctores iuris ciuilis pur sint opiniones. c. per venerabilem. cum ibi not. extra, qui filii sint leg. & habetur per Bart. & doctores in l. per banc. C. de temp. app. Nam de eo, de quo erant opiniones in dicta l. per hanc. inter legistas, fuit facta clementina, testibus. extra de testi. & ideo illi cle. stamus, etiam in foro ciuili. Et ita etiam reperies pleraſque decretales, maximè in vj. & in cle. quæ fuerunt emanatæ ad decisionem ambiguitatum legistarum, & etiam canonistarum, vt patet ex gloss. Io. And. in dicto vj. & in cle-
8 mens. Et ideo dico † quòd licet istæ decretales deciderent contra communiorem sententiam antiquorum,

non

non tamen debent censeri ius correctiuum. Quod etiam probo: quia videmus quòd licet sententia lata contra ius expressum sit nulla, vt suprà dixi, non tamen est nulla illa, quæ est lata contra communem sententiam in casu, vbi sunt opiniones. Et ad hoc allegatur glossa in prima constitutione C. in §. quibus. & hoc notat Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob in versi. sexto ad idem opponitur. & voluit Panor. in c. cùm sint. de deci. & Cy. in dicta l. j. de legi. Et hoc etiam vult Inno. in c. P. & G. extra de offi. delega. vbi dicit id non esse contra expressum, nisi quod per argumentationes & quæstiones potest intellectualiter ad id reduci, non tamen est expressum. Et refert & sequitur Panor. in c. j. de re iudi. Et per hoc dico quòd Bart. malè dicit in l.

post

post dotem.in penul. colum. ff. solu. matri. dum restringit consuetudinẽ l.dos à patre. C. sol.matri. tanquam exorbitantem , eò quia est contra communiorem sententiam:quia non est verùm quòd propter hoc dicatur exorbitare,vt patet ex præmissis. De quo latiùs dixi in tractatu de dote. in §. decimo octauo. Et ista tenete menti pro multorum iurium declaratione.

9 ¶Dixi , & quartò , † quòd quædam est lex correctiua iuris exorbitantis, ad regulam iuris communis:& tunc dico quòd tale ius correctiuum non est restringendum , sed potiùs ampliandum , tanquàm amicum regulæ iuris communis , & inimicum exorbitantium , quæ est odiosa : & ideo debet potiùs censeri fauorabile , quàm odiosum , & sic

amp

ampliandum potiùs, quàm reſtringendum. Nam in tali iure, ſiue communi, ſiue municipali, ceſſat ratio, propter quam ſtatuta non recipiunt interpretationem: & maximè quia omnis res de facili reuertitur ad ſuã primam naturam. Et pro hoc adduco textum optimè probantẽ præmiſſam deciſionem in l. ſi vnus. §. pactus. circa finem. ff. de pactis. quem text. nota ad hoc. Et pro hoc etiam facit quod habetur in l. fi. C. de pact. conuent. & per gloſſ. in l. ij. C. de iure enphy. in gloſſa magna, ibi: quòd ſi emphyteuta. vbi patet quòd ſic facilius tollitur ius exorbitans, quàm ius commune.

¶Item pro hoc optimè facit, quia videmus † quòd non valet reſcriptum contra ius, niſi cum clauſula, non obſtante: vt habetur in l. fi. C. 10

si contra ius. Nec sufficit dicere ex certa scientia. Fallit si rescriptum est contra ius singulare, vel exorbitans, & pro iure communi, quia tunc sufficit quòd ex certa scientia rescribatur. Idem Vlpianus. §. j. vbi casus notabilis. ff. de excusa. tut. Et istud est bene notandum ad multa, & facit ad materiam authenticæ, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. vt possit extendi, licet sit ius corrigens ad
11 Rempublicam: † quia ex quo quadragenaria præscriptio magis est propinqua regulæ iuris communis, quo præscribitur decem vel viginti annis, quàm centenaria: & sic per illam authenticam, quamuis corrigentem, magis reducimur ad ius commune: ergo videtur de facili posse extendi. Super quo reperies ibi grandes varietates inter doctores. Sed tene

menti

menti rationem præmiſſam, quam non adducunt. Et pro hoc etiam facit, † quia Reſpublica, & Eccleſia in 12
hac materia ſpeciali præſcriptionis æquiparantur. vt l. fin. in eod. titu. ergo illa lex de facili ſubintrabit ius nouum illius authenticæ, quas actiones. Quod tamen declara vt dicam latiùs circa interpretationem paſſiuam.

¶ † Dixi,& quintò, quòd quæ- 13
dam eſt lex correctiua pœnalitatis, ſeu odioſitatis, puta quando lex aliqua noua, vel ſtatutum corrigit pœnam iuris communis, vel eam alleuiat minorando, vt ſunt ſtatuta ferè vbique, quæ rigoroſas pœnas iuris communis alleuiant multùm: & tunc dico quòd tale ius correctiuum eſt latè interpretandum.

¶Et idem dico in quacunque le-

ge, seu statuto correctiuo, quando est minus lege communi vel antiqua. Et istud probo per id, quod dicit Bald. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. vbi vult quòd stante statuto quòd habenti pacem cum hærede remittatur pœna corporalis, licet loquatur de homicida, tamen includet etiam mandantem fieri homicidiũ, licet corrigat ius commune. Ratio est in promptu, quia licet sit correctiuum, est tamen minus lege antiqua. Probo etiam cõclusionẽ præmissam per id, quod voluit Albri. in secunda parte statutorum,
14 q. tricesimaprima, vbi dicit † quòd verba statuti dictantis vt nullus possit torqueri, nisi in certis casibus, quia tale statutum est minus lege communi, debet interpretari illud verbum, torqueri, latè nedum pro tortura

tura propriè, de quo in eod. titu. de quæſtio. ſed etiam pro omni mala manſione, ſecundùm quod declarat textus notabiliter in l. apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniuriis. Et ideo ſi iudex extra caſus expreſſos in ſtatuto præciperet non dari cibum vel potum illi torquendo, vel eum iuberet ſpoliari tempore hyemali, certè diceretur contrauenisſe ſtatuto vetanti torturam. Vnde in his caſibus, & ſimilibus périnde poſſunt interpretari leges correctiuæ, & ſtatuta, ac ſi eſſent ius commune.

¶Dixi, & ſextò, † quòd quædam 15
eſt lex correctiua aliorum iurium non pœnalium, nec exorbitantium: & tunc facio regulam negatiuam, quòd tales leges, ſiue communes, ſiue municipales non patiuntur interpretationem extenſiuam, ſed re-

ated by Google

ſtrictiuam ſic, intantum, vt etiam per impropriationem verborum poſſint reſtringi, vt minùs lædant ius commune. c. cùm dilectus. vbi caſus valde notabilis, extra de conſuetud.

16 ¶ † Et probatur etiam, quia talis reſtrictio per impropriationem poteſt fieri in odioſis: vt eſt caſus notabilis in c. cùm in illis. in princ. cum ſua gloſſ. de præben. lib. vj. coniuncto c. pen. de verbo. ſignifi. in antiquis. Si ſic eſt, ergo idem erit dicendum in legibus corrigentibus, quia dicuntur etiam odioſæ propter correctionem. Caſus eſt in c. j. in fine de filiis presb. lib. vj.

17 ¶ † Similiter verba poſſunt impropriari, vt minùs tertius lædatur. Textus eſt cum ſua gloſſa in c. dilecti. de decimis. & ibi Panor. Et fa-

cit

cit etiam c. fi. de verbo. ſignifi. lib. vj. cum glo. quod nota contra Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. qui aliter ſenſit: & etiam contra Albri. in prima parte ſtatutorum, in quæſtione xlviij. de quo dic vt dixi in tractatu ſtatut. in tit. de declara. expoſitione, & verborum interpreta. ſ j. verſic. quæro in ſtatutis eſt aliquod verbum.

¶ t Sed quæro an ſaltem tales leges corrigentes poſſint ampliari propter mentem? Et hîc attende, quia dicam multa inaudita. Et dico ſic, quòd aut iſta mens percipitur non ex ratione, ſed ex neceſſaria conſequentia verborum expreſſorum: & tunc dico quòd illum caſum amplectitur lex, quantumcunq; corrigens, quia id dicitur expreſſum, nec dicitur fieri extenſio. Caſus eſt cum ſua gl. in 18

l.prætor ait.§.j.ff.de ope.no.nun.vbi dicit Iurisconsultus quòd edicto expressum est, ne quid non fiat post nuntiationem noui operis, & tamen in edicto illud non colligitur, nisi ex necessaria consequentia verborum expressorum, dicentium quòd ædificatum post nuntiationem venit demoliendum: ergo ex hoc necessariò fit prohibitio ne aliquid fiat, ex quo prohibetur demoliri.

¶Si verò mens legis excerpitur ex ratione, tunc aut in casu non expresso est similis ratio, aut prorsus eadem. Primo casu non fit extensio, vt vult Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Et exemplificat in casu authenticæ, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. qui non extenditur ad Rempublicam secundùm communem

nem ſententiam ibi. Ratio ſecundum Baldum, vbi ſuprà, † quia fauor publicus, & fauor pius ſunt diuerſi ſpecie, licet ſint ſimiles: & conſequenter eſt ſimilitudo rationis, non identitatis. Tamen in terminis illius authenticæ ſunt aliæ rationes in contrarium, de quibus ſuprà dixi. 19

¶Si verò eſt eadem ratio, nedum ſimilis, tunc ſi identitas rationis inſurgit ex ratione non expreſſa in lege, ſed ſubintellecta, dico quòd non fiet vi illius rationis non expreſſæ extenſio legis correctiuæ ad caſum non expreſſum. Et ita reperio determinaſſe Albericum in volumine ſtatutorum, in prima quæſtione. Et dico quòd hoc eſt de mente Bart. in l. liberorum. de verb. ſign. in verbis præmiſſis: & etiam de mente gloſſ. in l. non dubium. C. de legib.

in gloſſ.& prope finem. Pro qua facit l. nj. §. hæc verba. ff. de negot. geſtis. Licet Dy. in c. fi. de regulis iuris.lib. vj. velit contrarium, ac Salt. & Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & eſt de mente gloſſ. in l. quanuis. C. de fideicom. Nam præfati doctores volunt † paria eſſe rationem eſſe expreſſam in lege, vel non eſſe expreſſam, quando non poteſt niſi vnica ratio deprehendi. Sed ego quantum ad hoc vt inde poſſit fieri correctio, vel ampliari correctio, dico quod non habetur pro expreſſa: quia per ſubauditiones & repetitiones, ac tacitos intellectus non debet ampliari, ſeu fieri correctio. Glo. eſt ſingularis, quam bene nota, in c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. de elect. libro vj. ſuper verbo, petere. Et maximè procedet hoc

hoc vbi poſſunt colligi, & compræhendi plures rationes.

¶ † Sed quæro an per dictiones taxatiuas inducatur legum correctio. Et Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. tenet quòd non, dicens in hanc partem inclinare Bart. in l. iij. §. cum Titio. ff. de adi. leg. Ego verò dico in hoc eſſe diſtinguendum: quia aut ſub dictione taxatiua ponitur oratio negatiua, & tunc dico quòd taxatiua nihil includit ad correctionem iuris. Quod probo ratione, authoritate, & exemplo inconuincibili. Ratione probo: quia licet illud, quod eſt aliquid poſituè, recipiat augmentum de facili, tamen illud, quod nihil eſt, non ita de facili poteſt recipere. l. adeò. §. quod ſi toto. ff. de acqui. rer. do. & notatur in l. j. ff. de iud. Et iſtud eſt clarum 21

fund

fundamentum apud philosophos naturales.

22 ¶ † Sed certum est quòd lex, quæ tollit facultatem aliquid faciendi, nihil ponit, imò priuat: ergo de facili non potest recipere augmentum. Probo etiam hoc authoritate Bart. in l. j. ff. de acqui. hære. vbi heri hoc dicebam.

¶ Probo & tertiò, exemplo: quia habes casum in l. fi. §. filius. C. de bo. quæ liber. coniuncta l. nemo. C. qui testa. face. pos. Ecce in dicto §. filius,
23 dicitur quòd filifamilias in his dúntaxat casibus, in quibus vsusfructus est apud parentes, non possunt testari. Nam si diceremus quòd dictio taxatiua posita in oratione negatiua corrigeret alia iura, sequeretur quòd per illum textum sint correcta iura, quæ volunt filiumfamilias non posse testari

teſtari, etiam in his aduentitiis, in quibus pater non habet vſumfructum: quod tamen eſt falſum, vt declarauit poſteà Imperator in dicta l. nemo. Quæ eſt poſterior, licet ſit anterior in compilatione.

¶ † Si verò oratio continens taxatiuam eſt affirmatiua, tunc dico quòd ſi illud, quod implicatur, à contrario ſenſu habet omnino eandem rationem, vel ſimilem, quam habet expreſſum, nihil operabitur taxatiua ad correctionem iuris in aliis caſibus ſimilibus. Quod etiam probo ratione, authoritate, & exemplo. Ratione, quia cùm ſit certa regula in iure, quòd de ſimilibus ſimile eſt iudicium. l. non poſſunt. ff. de legibus. & quòd legum correctio eſt euitanda. c. cùm expediat. de elect. lib. vj. & l. j. C. de inoffi. doti. con- 24

ſequ

sequenter cùm non constet de expressa mente legis, non debemus propter taxatiuã inducere correctionem casuum similium. Probo etiam authoritate glossæ in l. ob æs. C. de prædiis minorũ. † ecce illa lex dicit, prædia minorum posse dúntaxat alienari propter æs alienum: & tamen propter hoc non corriguntur aliæ leges, quæ volunt etiam posse fieri alienationem rei minoris in aliis casibus similibus.

¶Et ideo glossa in dicta l. ob æs. dum textus dicit ob æs tantùm. subaudit, vel alias casus similes. quia non vult pati per illam taxatiuam illos casus esse correctos. Et probatur etã hoc in tex. cum gloss. in l. serui nomine. ff. de vsucap. & vide etiam glo. cum Bar. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam.

¶Pro

¶Probo etiam tertiò exemplo, quod habes per Bartol in dicto §. j. vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto quòd talis exceptio poſſit opponi in aliquo caſu, & nulla alia, debet intelligi, nulla-alia, ſed diſſimilis, & frinola: ſecus ſi eſſet ſimilis in potentia; ergo multò fortius ſi ſimpliciter loquatur ſtatutum ſub taxatiua, dicendo, & nulla alia.

¶ † Si verò expreſſum haberet 26
maiorem rationem, quàm implicatum, tunc credo quòd per taxatiuam induceretur correctio: puta ſtatuto cauetur quòd dos tantùm reuertatur ad patrem, non exiſtentibus liberis: nunquid per iſtud ſtatutum erit correctum ius commune, quod vult dotem reuerti ad patrem, etiam exiſtentibus liberis? Certè credo quòd ſic. quod probo ratione,

auth

authoritate, & exemplo. Ratione, quia duo vincula magis adſtringunt quàm vnum. §. ſanctiſſimas. in authen de alie. & emphyt. Sed hîc eſt taxatiua.

¶Item & maioritas rationis in caſu incluſo, quàm in expreſſo: quia exiſtentibus liberis, maior eſt ratio retinendi dotem, quàm non exiſtentibus: vt l. inter ſocerum. §. cùm inter. ff. de pact. dot. Et iſtud eſt quod fecit guerram in l. dos à patre. C. ſol. matri.

Ergo ex his duobus concurrentibus ſatis clarè conſtat de intentione legiſlatoris.

¶Authoritate probo, quia iſtud eſt de mente gloſſ. in dicta l. ob as dum dicit, vel ſimilem caſum: ergo ſecus ſi minor: quia tunc non eſt ſimilitudo. Exemplum autem

pote

potes tollere in dicto §. cum Titio. vbi concurrebant duo, videlicet taxatiua, & deinde quia dixerat, nec amplius hæres meus dato. Per quæ duo videntur corrigere præcedens legatum : ergo eodem modo per taxatiuam coniuncta maioritate rationis.

¶ † Videamus nunc quando ratio est expressa in lege corrigente, an liceat amplificare legem? Super quo dic quòd si in casu non expresso est maior ratio ita decidendi, tunc per maioritatem rationis fiet extensio absque dubio, si illa maioritas insurgat ex vi regulæ. c. cui licet. de regulis iuris. lib. vj. & l. non debet. ff. de regu. iur. quia tunc dicitur passiua, eò quia fit vi illarum regularum, secundùm Imolam in dicto §. de viro. 27

¶Si verò aliunde insurgat, tunc secundùm Imolam dicendum est ac si sola identitas rationis subesset: & sic
28 †cùm ibi concludit non posse regulariter fieri extensionem per identitatem rationis, consequenter concludit nec per maioritatem, nisi fiat vi illarum regularum. Et idem quòd non possit extendi lex corrigens per maioritatem rationis, reperio firmasse. Panor. in c. tua. de senten. excom. Sed reperio glossam, quam ibi signat Sali. ad oppositum in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. & addo etiam Bald. in l. si nondum. C. de furtis. inquientem quòd statutum rigorosum contra fures, includit per maioritatem rationis sacrilegos. Quid dicemus in hac varietate? Dico
29 †quòd si vellemus corrigere per maioritatem rationis sumptæ in abstra-

ſto, non poſſet fieri extenſio. Exemplum pone, ſtatutum pro homicidio imponit pœnam pecuniariam, nunquid per hoc dicemus à maioritate rationis quòd in aliis omnibus minoribus delictis debeat imponi pœna pecuniaria, licet de iure communi exigant pœnam ſanguinis? Certè dicam quòd non, licet videatur maior ratio minorandi pœnam. Et eſt de mente Imolæ in dicto §. de viro.

¶Ratio, quia hoc non facimus vi alicuius rationis expreſſæ in lege, ſed ſumptæ in abſtracto. Quod limita, niſi quando non extendendo correctionem per maioritatem rationis reſultaret abſurditas patens: vt voluit Imola in dicto §. de viro. & probatur in cle. fin. extra de reſcrip. quæ eſt correctiua ſecundùm gloſſ. §. ibi. Et tamen licet loquatur de literis pa

pæ, trahitur ad literas legatorum, ne contingat absurdum, quàm potentio res sint literæ legatorum, quàm papæ, vt dicitur ibi in gloss. ij. Et istud nota. Ideo debebis semper in interpretando habere oculum, nunquid non facta extensione possit resultare aliquod absurdum. Attende tamen, quia dico quòd statutum imponens pro graui delicto poenam pecuniariam est nullum ideo officialis quantumcunque iurauerit seruare statuta, potest illud transgredi, vt dixi plenè in tractatu statuto. in titu. de nullit. statuto. § j. Si verò volumus extendere legem per maioritatem rationis expressæ in ea: tunc aut illa ratio est fundata super quadam generalitate & tunc dico quòd non potest fieri extensio. Et ista potest esse ratio cle. auditor. extra de rescrip. qui text.

cont

conturbauit viſcera Imolæ in dicto § de viro.

¶Sed ego dico quòd ratio eſt ibi, quia illa ratio ibi expreſſa, videlicet ratione circuitus euitandi, erat fundata ſuper quadam generalitate, ſeu brocardo: ideo quanuis fortiùs illa ratio vendicet ſibi locum in auditore dato extra curiam per papã, non tamen fiet extenſio, vt vult ibi gloſſ. Ratio, quia per tales rationes generales non debet correctio extendi.

¶ † Si verò non eſt fundata ratio ſuper tali generalitate, tunc dicerem quòd aut faciendo extenſionem ad caſum non expreſſum per maioritatem rationis, faceremus aliqua verba ipſius legis vel conſtitutionis eſſe ſuperflua, & fruſtratoria, ac de nihili ſeruire: & tunc adhuc dico quòd 31

non fiet extensio, quia vltima interpretatio, quam debeamus facere, est, quòd faciamus aliqua verba stare frustra l. si quando ff. de leg. 3. Et iste potest esse alius intellectus notabilis ad dictam cle. auditor. quia si extenderemus illam cle. ad auditorem datum per papam extra curiam, certè illa verba, in Romana curia, ibi posita de nihilo seruirent, & essent superflua, contra dictam l. si quando. Nec dixeris semper quando ratio est generalior dicto, dicemus ergo frustratorium esse dictum, quia negatur: Nam dictum ponitur, vt inde intelligatur ratio, & ipsius rationis virtus.

¶Sed in casu præmisso illa verba, in Romana curia, nihil prorsus operarentur: ideo non debuit per illum textum facere Imola tantam excita-

tionem

tionem in dicto §.de viro.

¶Extra autem casus præmissos dico † quòd per maioritatem rationis 32
expressæ in lege poterit fieri ampliatio correctionis, quicquid dixerit Imola in dicto §.de viro. Probo per textum ad hoc notabilem in c. per venerabilem. extra qui fil. sint legiti. vbi text. habet pro absurdo, & monstruoso, quòd illud, quod in maiori conceditur, non intelligatur concessum in minori. Et pondera rationem illius textus. † Nam vult ibi papa 33
quòd illi, cum quo dispensatur contra ius commune in spiritualibus, intelligatur dispensatum in temporalibus. Subiicit rationem, quia monstruosum esset, quòd qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret: quia quod in maiori concedi-

tur, licitum esse videtur etiam in minori: & tamen certum est quòd dispensatio ita est stricti iuris, sicut lex corrigens, quia per eam etiam recedituꝛ à Iure communi: vt habetur per Io. And.& Panoꝛ. in c.fin. extra
34 de sumo. Ergo ibi est casus, † quòd dispositio contra ius potest amplificari per maioritatem rationis. Et ideo crebrò consueui allegare illum tex.contra tenentes contrarium.

¶Si verò in casu non expresso non est maior ratio, sed eadem: tunc in casibus, in quibus dixi non posse fieri extensionem per maioritatem rationis, non dubitetis quòd multò minus poterit fieri per identitatem, argu. authent. multò magis. C. de epis. & cle. In aliis verò casibus facio
35 duo membra principalia: † quia aut cum identitate rationis concurrit alia

lia ratio perſuaſiua ad amplificationem, ſeu extenſionem, aut ſola eſt identitas rationis. Primo caſu intrepidè teneo poſſe fieri extenſionem, argu. l. ſi ſtipulatus. ſuprà de vſuris. & §. ſanctiſſimas. in authent. de alie. & emphy. quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, vt ibidem. Et maximè poterit fieri extenſio ad caſus, ſine quibus diſpoſita in lege non poſſent commodè ſortiri effectum: ſicut videmus in ſtipulatione, quæ etiam eſt ſtricti iuris, & tamen ad tales caſus extenditur, l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. infrà de verb. ob. vbi eſt bonus tex. Et aduerte, quia ibi etiam ſine illa interpretatione poterat ſtipulatio ſortiri effectum quantum ad perſonam ſtipulantis, & tamen extenditur ad vxorem, vt ingredientem nomine meo, vt latiorem

fortiatur effectum. Et idem esset in statutis, & legibus corrigentibus, secundùm Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod tene bene men-
36 ti, † maximè inquantum vult eandem interpretationem fieri in statutis, quæ fit in stipulationibus. Et facit l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. cum ibi notatis in gloss. & l. 13. ff. de iurisdic. omn. iudi. & l. ad rem. ff. de procurat.

¶Et per præmissam regulam possunt fieri mille bonæ decisiones in
37 iure. Pone enim † quòd in lege exorbitante, vel corrigente, vel etiam statuto, sit aliquod vocabulũ, quod habeat latam, & strictam significationem: certè intelligam nedum in stricta, & propria significatione, sed etiam in lata, quando est eadem ratio: vt est text. cum glo. in clemen.

j. ex

ſ. extra de elect. in verbo, eligatur. quæ clement. eſt correctiua, & loquitur de electione, & tamen trahitur ad prouiſionem, quæ, largè loquendo, continetur ſub verbo electionis:
†quia qui prouidet alteri de beneficio, ſatis eum eligit. Et hanc interpretationem facit ibi gloſſ. per identitatem rationis ibi expreſſæ. Hinc videmus etiam econtra, quòd verbum collationis poſitum in lege corrigente, trahitur ad electionem per eandem rationem. Gloſſ. habes notabilem in clemen. j. de rer. permu. in gloſ. pen. Ad quod etiam vide gloſſ. in clement. auditor. in verbo, beneficio. de reſcript. Hinc etiam videmus † quòd verbum curator, in lege corrigente, extenditur ad tutorem per eandem rationem: quia pur largè curator, dicitur tutor. Textum habes

38

39

habes cum ſua gloſſ. in authentico, vt hi, qui obligatas ſe perhibent habere res minorum. §. j. in verbo, curatorem.

40 ¶Ex quibus infero quòd licet appellatione filiorum propriè non contineantur nepotes, tamen quia per interpretationem latè ſumpto vocabulo continentur legis iuſta interpretatione. ff. de verborũ ſignific. & per Barto. in l. liberorum. in eodem titu. ideo in ſtatutis, & legibus corrigentibus, & exorbitantibus, ſub appellatione filiorũ continebuntur nepotes, vbi eſt eadem ratio. Textum habes valde notabilem in l. ſenatuſconſulto. ff. de ritu nup.

¶Et per hæc his diebus concordabam diſcordiam legiſtarum in l. mutuum. §. j. ff. de acquir. hæred. in illo articulo, an in ſtatutis appellatione

tione contractus contineatur quasi
contractus : quia dicebam quòd sic,
data identitate rationis : † quia pur 41
appellatione contractus compræ-
henditur largè omnis obligatio. l. o-
mnem. ff. de iudic. & consequenter
quasi contractus , in quo est obliga-
tio. Sed cessante ratione , statutum
loquens de contractu , non trahere-
tur ad quasi contractum : quia non
est propriè contractus. Similiter di-
co, lex corrigens , seu exorbitans lo-
quens de marito, per eandem ratio-
nem trahetur ad sponsum. Textus
est in l. j. iuncta l. sine ratione. C. de
bo. quæ libe. quæ lex, sine ratione. de-
clarat l. j. loquentem de marito, quæ
est corrigens, quòd debeat etiam in-
telligi in sponso. Et hæc exempla pro
nunc sufficiant , quia ex te ipso po-
teris hæc ad alia multa inferre. † Et 42
adde

adde quòd hoc procedit in diſpoſitione legis, quia in diſpoſitione hominis non fieret extenſio ad alium caſum, etiam ſi ſub lata ſignificatione compræhenderetur, ſecundùm Imo. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſo. matri. per c. fin. de præben. in antiquis. & eod. tit. c. cùm in illis. lib. vj.

¶Sed, iudicio meo, non bene allegat ad propoſitum: quia ibi non loquitur quando erat expreſſa ratio in diſpoſitione hominis, quæ militaret in caſu compræhenſo ſub lata ſignificatione, & etiam tunc dico quòd etiam in diſpoſitione hominis, quantumcunque ſtricti iuris, vt ſunt priuilegia, poſſet fieri extenſio ad caſum, qui compræhenditur ſub lata ſignificatione. Et pro caſu do tibi text. in c. tua nos. extra de verbo. ſi-
43 gnific. † Nam certum eſt quòd appella

pellatione beneficiorum, propriè nõ continentur maiora beneficia. Casus est in dicto c. cùm in illis. & tamen in c. tua nos. vult papa sub appellatione beneficiorum, contineri maiora beneficia, etiam in dispensatione, quæ est contra ius commune: quia ratio concessionis priuilegii ibi militabat in omnibus, quæ erant pro releuatione onerum debitorum, ideo nimirum per præmissa.

¶Et nota hunc intellectum ad illum text. quia Canonistæ ibi magno opere variant in intellectu. Et per præmissa etiam limito vulgatam regulam, † quòd verba legum correctiuarum, & statutorum, debent intelligi in casu vero, non in ficto: vt est textus in clementina, quod circa. extra de electi. coniuncto c. quorundam. in eodem titulo, lib. vj. Et idem etiam 44

etiam est in legibus exorbitantibus.l. iij.§.hæc verba.ff.de nego.gest.Et habetur per Bart. in l. omnes populi. ff.de iust.& iure. licet Bald. teneant contrarium in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liberis & posthu. & ibi etiam Cuma.quando est eadem ratio in casu ficto. Sed per præmissa habes paratam doctrinam, & concordiam: quia dico quòd si ratio expressa ita militat in casu ficto, sicut in vero, tales leges tunc comprehendent e-
45 tiam casum fictum. Probo, † sub lata significatione casus fictus comprehenditur sub vero, licet impropriè, l.lege Cornelia.ibi: licet minus propriè. ff. de testa. Ergo concurrente eadem ratione, casus fictus comprehenditur, qualiscunque sit lex. De quo die vt latiùs dixi in tract. statut. in tit. de extensi.statut.interpretat. §.

aggr

aggredi.per totum §. Et eodem modo dico quòd si verba sunt ambigua, & dubia, ita vt possint per diuersam punctuationem, vel aliam similem causam, se habere ad casum, de quo quæritur: Certè dico quòd si sit eadē ratio,interpretabimur quòd ad illum casum porrigatur. Vide text. cum sua glos.notabili in c.j. in verbo,clericum.de tempo.ordin.lib.vj. Et pro hoc dedi nouum & singularem intellectū ad l.in substitutione. ff. de vul. & pup.vide ibi. Idem dico,si concurreret cum identitate rationis, communis vsus loquendi includens illum casum, qui aliâs non includeretur propriè, vel improprié. Super quo tamen distingue vt dixi suprà in §. iij.

¶ Idem dico,si cum identitate ra- 46
tionis concurreret ,alia quæcunque

ratio persuasiua extendendi : puta quia dispositio correctiua , vel statutaria sit fauorabilis:quo casu Bald.& Sali.in l.venia.C.de in ius vocan.volunt indistinctè talem dispositionem posse extendi. Quod est periculosum dicere ita indistinctè, per dictũ §. de viro. & per notata in authent. quas actiones. C.de sacrosanct. eccl. & in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff. de liber. & postũu. & per rationem c.j.in fine,de filiis presby.lib.vj. Sed eorum opinionem saltem intrepidè sustinebis, quando concurrunt identitas rationis, & fauor prædictus. Et ista potuit esse ratio l. non sine ratione.C.de bo. quæ libe.Ad quod vide optimam glossam relatam ad text. in l.illud.in verbo, aliam causam.C. de sacrosanct. eccle.& in l.fin.in verbo,captiuorum.in eodem titu. Et faciunt

ciunt notata per Bart. & doctores in l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff. ad Silleianum.

¶ † Idem dico, ſi cum identitate rationis concurreret quòd ille caſus non expreſſus ſit communiter in materia, de qua agitur, parificatus expreſſo. Et hoc fatetur Imola in l. ſi verò.§.debere.ff.ſol.matri. Inter eaſdem perſonas, non autem diuerſas. de hoc dicens eſſe gloſſ. ſingularem in authenti. & eo non ſeruato. C. de teſta. iuncta l. hac conſultiſſima. in eodem titu. Ego verò dico quòd illa gloſſ.nihil facit, quia ibi illud ius corrigens nos reducebat ad legem veterem, quæ fuerat correcta, ideo de facili poterat extendi: quia omnis res de facili reuertitur ad ſuam naturam l.ſi vnus.§.pactus verſic. ſed quod in ſpecie. ff. de pact. Ideo licet illud ius 47

correctũ loquatur in testamẽto in scriptis,tamẽ trahitur ibi per gl. ad testamentũ sine scriptis:ideo dico quòd illã gl. perpetuò debes notare,propter ea, quæ dixi supra eodem §. versic. dixi & quartó. Melius ergo dico hoc probari quod suprà dixi in l. fin. C. de hæred.instit.ibi dum dicit, & hoc
48 argumentatur ex antiqua regula, & cætera. † quia illa interpretatio, quæ fit vi regulæ parificantis duos casus in aliqua materia speciali, non dicitur interpretatio actiua, sed passiua, quæ in legibus quantuncunque correctiuis, & statutis locum habet, vt dicam in §. xj.Subiicit etiam Imola in dicto §. de viro.quòd licet inter easdem personas fiat extensio per identitatem rationis, concurrente parificatione, de qua suprà,non tamen fit extensio ad alias personas, per ea, quæ

quæ habentur in l. fina. C. de ſacroſanct. eccle.& in authent.quas actiones.ibi poſita. Et deducit hoc modo; Nam in dicta l. fin. † in materia præſcriptionis, ſaltem in caſibus ibi poſitis,æquiparantur communitas & Eccleſia·& tamen correctio facta in Eccleſia quantum ad præſcriptionem per authenticam , quas actiones. non trahitur ad communitatem,Plus dicit quòd in legibus exorbitantibus etiam non poteſt per identitatem rationis fieri extenſio ad alias perſonas:vt probatur ſecundum eum in c. quæ à iure communi exorbitant. de reg.iuris. lib. vj. & in clem. dudum. de ſepult.& in l.fi.C.de interdict.ma. 49

¶Ego verò dico quòd in his omnibus malè ldquitur Imola : & primò dum dicit non poſſe fieri extenſionem legis corrigentis concurren-

te parificatione, de qua suprà, malè dicit per rationē quæ suprà dicta est, quia illa est interpretatio passiua, quæ habet locum etiam in legibus correctiuis, vt vidistis in dicto §. xj.

50 ¶Item si sunt varietates, & etiam est concertatio opinionum, an per solam identitatem rationis expressæ in specie possit fieri extensio, de quibus opinionibus plenè per gloss. & doctores in dicta authentica, quas actiones. ergo non erit dubium quòd saltem concurrente alia ratione persuasiua cum identitate rationis, poterit fieri extensio. Quinimo, vt statim videbitis, etiam tenebo quòd per solam identitatem rationis possit fieri vt dixi in §. j. suprà eod.

¶Non obstat dicta l. fin. per quam mouetur Imola: quia dico quòd non est expeditum, an dicta lex in

con

correcta vel non, in communitate, per authen. quas actiones. & multi tenent quòd sic, in quorũ numero sunt Pla. Pe. & Cy. ibidem. Et ista est veritas, vt dicam, licet citramontani communiter teneant contrarium. Sed tunc Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. respondebat ad illam l. fin. quòd ibi inter ecclesiam & communitatem non est identitas rationis, sed similitudo: vt dixi suprà eodem. §. j. 51

¶Sed domini, ista opinio Baldi non est apud me tuta, quia ratio, quæ exprimitur in corpore, vnde sumitur illa authentica, quas actiones. videlicet in authentico, hæc constitutio innouat. ibi: sed eorum sanitas est eàdem in communitate. Et ita limitat in communitate, vt in ecclesia. ¶

Sed si cessante illa ratione volle-

mus ſolùm propter parificationem, quæ fit in dicta l. fin. facere extenſionem præmiſſam, fateor quòd illud fieret non per identitatem, ſed per ſimilitudinem rationis. Vnde dico, & nota, quia quotidianum: & dubito in dicta authentica, quas actiones. quòd opinio. Pla. & Per. ibi eſt ipſa veritas. Moueor tribus fortiſſimis mediis. Primò propter identitatem illius rationis in corpore, vnde ſumitur, iunctis his, quæ dixi in §. j ſuprà eo. dum tractaui de veritate legis.

¶Secundò moueor propter parificationem, quæ fit de communitate ad eccleſiam in dicta l. fin. in iſta materia ſpecialiter iungeodo ea, quæ dicam in §. xj.

¶Et tertiò, quia ita extendendo dictam authenticam magis reducimur ad terminos præſcriptionis currentis

rentis de iure communi, vt declarauí ſupra eo.§.in verſi.& quarto.

¶Dico etiam † quòd malè dicit 52
Imola, inquantum vult leges exorbitantes extendi per identitatem rationis ad alias perſonas, niſi eſſet perſona, quæ ſecundùm latam ſignificationem poſſet compræhendi ſub expreſſa. l. ſenatuſconſulto. ff. de ritu nupt. quia dico Imolam dixiſſe contra textum in l. libertũ.§.j. ff. de ritu nupt. Nam ibi ſenatuſconſultũ quoddam poſuit, ius exorbitans loquitur de tutore, & eius filiis: & nemini dubium † quòd appellatione filiorum 53
ſub lata ſignificatione non compræhenduntur extranei bæredes: & quia ratio expreſſa in ſenatu ita militabat in extraneis, ſicut in filiis, illa conſtitutio exorbitans per identitatem rationis trahitur ad extraneos hæredes.

Et sic per istam rationem identitatis fundat se ille rex, quem notabis. Nec obstant iura Imolæ, quia ibi nonerat identitas rationis.

¶ Venio nunc ad secũdum membrum principale, quando sola adest identitas rationis sine alia ratione persuasiua, extensiua rationis, quo casu Barto. vbi suprà, tenuit non posse in correctiuis fieri extensionem identitatis. firmauit Imola ibi, & idem tenuit Pyle. & Ioan. in authent. quas actiones. Idem tenuit Mart. Sili. Ia. Butri. & communiter doctores, vt refert Sali. in dicta authentica, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Idem secundùm doctores tenuit glossa ibi. Sed ego dico quòd illa glossa non clarè hoc decidit, quinimo potiùs sonat in contrarium: Nam quærit quid iuris in ciuitate? & subiicit, respon-

deo

deo non idem ſecundùm Pyl. & Io. Et demum ſubiicit ſecundùm Pla. dicit idem, quia eſt eadem ratio. Et in hoc allegat iura, & nil aliud dicit: ergo in hac vltima opinione videtur reſidere. Et dico breuiter quòd iſta eſt veritas, quicquid dicant præfati doctores: † quia per identitatem ra- 54
tionis poteſt lex quantuncunq; correctiua ampliari. Et hoc probo ratione, authoritate, & exemplo. Ratione, qua, vt dixi ſupra eodem. §. j. amplificatio, quæ fit per identitatem rationis, non dicitur extenſio, ſed dicuntur omnes caſus, quos ratio amplectitur, decidi ad inſtar generis comprehendentis ſuas ſpecies. Ad quod vide gloſſas & authoritates, quas adduxi in dicto §. j. Si ſic eſt, ergo iſta non eſt interpretatio extenſiua, ſed declaratiua, † quæ interpretatio de- 55
clara

claratiua in legibus quantuncunque corrigibilibus, & ſtatutis habet locum, ſecundùm Bartolum,& doctores in l. omnes populi. ff.de iuſtit. & iur.& dixi in tractatu ſtatut.in ttu. de declara.expo.& verborum interpreta. Probo etiam hoc authoritatibus maximis, licet Sali. referat communem ſententiam in contrarium, quia dico quòd imò extenſio,ſeu amplificatio,de qua ſuprà,fieri poſſit:firmauerunt Pe. & Cy. in dicta authentica,quas actiones & Dyn.in c. fin.de
56 regulis iuris lib. vj.dum vult † quòd addere ex mente, non ſit extendere. Et idem firmauit gloſſ.in c. ſi poſtquam de elect. libr. vj. & in c. j. de temp. ordin. eodem libro. Idem firmauit Alber. poſt Ia. de Are. in volumine ſtatutorum,in prima q.Et adde etiam alias gloſſ. & alia iura, quæ

&

& quas adduxi in dicto §.j. Et in ſumma dico eſſe caſum in l. libertum. §. j. ff. de ritu nupt. ibi: extraneum ſententia appræhendi. Nota bene verbum appræhendi: & ſic vult ille text. quòd ratio, de qua ibi, quæ militabat in caſu non expreſſo, ſicut in caſu expreſſo, eſt illa, quæ illum caſum appræhendit.

¶Nos ergo non dicimus extendere, ſed potiùs declarare. Et licet ille tex. loquatur in materia exorbitanti, non autem correctiua, tamen ratio, quæ ibi exprimitur, eſt indifferens tam ad leges correctiuas, quàm exorbitantes. Et eſt expreſſum in l. nominis & rei. §. verbum. ff. de verb. ſignific. declarando vt dixi in dicto §. j.

¶Reliquum, & tertiò, eſt vt iſtud probemus & exemplo, exemplum habes

habes euidens, quia certissimi iuris
57 est, † quòd vi regulæ antiquæ, lex quantuncunque correctiua potest extendi, vt per Bartol. in dicta l. omnes populi. & habetur in l. si quis seruo. per gloss. & doctores. C. de furtis. & dicam infrà, in §. xj. Et hoc est illa ratione, quia ista interpretatio non est actiua, sed passiua: quia ratio est illa, quæ se extendit ad casum, quem amplectitur. Quis ergo inficiabitur hanc interpretationem esse fiendam in legibus correctiuis, & præsertim quia procedit argumentum à fortiori: quia si toleratur interpretatio passiua, quæ fit vi regulæ antiquæ, & sic virtute dispositionis extrinsecæ à lege: multò fortiùs tolerabitur ista, quæ fit vi rationis expressæ in lege, quæ est anima intrinseca legis, ita quod ex ea procedit,

dica

dicatur immediate ex lege procedere: dicto §. verbum. Et hoc præsertim quando est ratio expressa, & specifica, quæ directò amplectitur casum, de quo quæritur: vt habes per exemplum in l. libertum. §. j. de ritu nupt. Et sic habetis hunc §. expeditum, qui erit vobis magna instructio ad interpretationem statutorum.

Summarium.

1 *Verba legum exorbitantium non sunt ampliandа.*

2 *Extensio legum exorbitantium fieri nequit ad alios personas ob eandem rationem. & num. 3.*

4 *Priuilegium mihi seculari concessum, quãdo ad milites militiæ cælestis extendatur.*

5 *Leges exorbitantes an admittant ex-*

tensi

tensionem.

6 *Interpretatio locum non habet, vbi vocabuli significatio nota est.*

7 *Mens legis omnino seruari debet, vbi de ea clarè apparet.*

8 *Verba in dubijs literis non tam attenduntur, quàm mens ipsa.*

9 *Ratio vnica in lege deprehensa, an haberi debeat tanquam expressa.*

10 *Correctio legum non inducitur per tacitos intellectus.*

11 *Beneficia latam recipiunt interpretationem.*

Beneficium id dicitur, quo solus concedens laeditur.

12 *Priuilegia latissimam patiuntur interpretationem. & nu. 13.*

14 *Causam honestissimam continet, quod super æquitate naturali fundatum est.*

15 *Priuilegium quando largam possit admittere interpretationem.*

Priuil

16 Priuilegium alicui concessum an transeat ad hæredes.
17 Beneficium principis alicui concessum, in dubio transit ad hæredes.
18 Commissio officij, personalis censetur, ideóq; ad hæredes non transmittitur.
19 Priuilegiũ quando ad hæredes transmitti possit, & quando non. & nunc. sequent.
21 Priuilegium, quod rei, seu causæ conceditur, ad quos ipsa res transit, transmittitur.
22 Priuilegium an trãseat ad hæredes, vbi dubitatur sit ne reale, an personale.
23 Priuilegium, quod concessionem continet, an transeat ad hæredes.
24 Priuilegium continens exceptionem an, & quando ad hæredes transeat.

SEXTO videndum est de interpretatione legum exorbitantium. Et hîc facias
3 regulam†quòd verba talium legum non debent amplificari, sed restringi,& intelligi in suo proprio significato,& in suis propriis terminis. Ista regula probatur in l.si verò.§,de viro. ff. sol. matri.secundum communem intellectum. Licet ego aliter intellexerim illum tex. dic vt ibi dixi. Probatur etiam in regula, quæ à iure. cum ibi notatis. de regulis iuris. & in clemen. dudum. de sepult. & in l.fin.C.de interdict. mat.& in l.quod verò contra.ff.de legib.& in l.quæ quid astringendæ.cum ibi not. ff.de verb obl.

¶Et hæc regula intantum est firma, secundum Imolã in dicto. §. de
2 viro.† vt etiam per identitatem rationis

tionis non poſſit fieri extenſio legum exorbitantium ad alias perſonas, licet ſic ad alios caſus inter eaſdem perſonas. Mouetur per dictam regulam, quæ à iure. & per illam clementinam, dudum. & per dictam l. fina. Quod tamen fallit ſecundum Imo. in quatuor caſibus. Primò quando vellemus extendere per identitatem rationis ad aliam perſonam, quæ ſecundum latam ſignificationem poſſet compræhendi ſub expreſſa: vt eſt caſus notabilis in l. ſenatuſconſulto. de ritu nuptia. & in l. filium habeo. ff. ad Macedo. iuncta l. liberorum §. ſed & Papirius. ff. de verb. ſignifica. & quod notat Cyn. in l. j. C. quæ ſit long. conſuetu. & per gloſſ. & Bartol. in l. miles. §. ſexaginta. in princi. ff. de re militari.

Et idem ſecundò ſi vellemus ex-

tendere ad aliam personam, quæ secundum iuris interpretationem reputaretur eadem cum expressa, secundum Imolam vbi suprà allega. l. libertum. §. j. ff. de ritu nuptia. Sed attende, quia dico quod ille textus non se fundat super ista ratione, sed solùm super identitate rationis, & ideo est bene notandus.

3 ¶ † Item fallit, & tertiò, si vellemus extendere ad aliam personam, quæ communiter in omni materia, vel saltem in materia, de qua agitur, esset æquiparata à iure personæ expressæ, secundum Imolam. Allegat c. si postquam. §. j. & §. fi. cum ibi no. de elect lib. vj.

¶ Item fallit, & quartò, quando sumus in fauorabilibus, quibus iura fauent: vt probatur in l. illud. iuncta glos.

gloſſa in verbo, alia cauſa. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. fin. eodem tit. coniuncta gloſſa in verbo, captiuorum. & in l. ſi conſtante. in princip. coniuncta gloſſ. & in l. ij. §. quòd ſi in partis. cum ſua gloſſ. in verbo, ſui iuris. ff. ſolu. matri. & in l. miles. in princi. cum ſua gloſſ. ff. de re iudi. & per Bartol. in l. proximè in fin. ff. de his quæ in teſt. delen. & in l. cùm de in rem verſo. in prima colum. ff. de vſuris. & per gloſſ. in §. item miſta. Inſtitut. de actio. & per id, quod habetur in l. iij. C. quando ex facto tu. & per gloſſ. ſingularem in l. ij. C. de cura. furio. Et hanc vltimam fallentiam limitat Imola procedere in materia habente multas fallentias: quia propter multitudinẽ fallentiarũ cenſetur de facili extenſibilis, ex quo materia eſt fauorabilis. Secus in ma-

teria habente pauciſſimas fallentias, & ſic non de facili extenſibilis, per notata per Bartol. & doctores in l. j.

4 C. de iuris & facti igno. † vbi dicunt quòd priuilegium conceſſum per illam legem militi ſeculari, non trahitur ad militem cæleſtis militiæ ratio, quia illud priuilegium, quòd poſſit opponi exceptio impugnans ſententiam, poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam, pauciſſimas ſimiles exceptiones habet: vt patet ex notatis in dicta l. j. Sed, domini, iſta ratio mihi videtur friuola. Vnde tu melius dic circa iſtud vltimum, vt dixi in dicta l. miles. in princi. in fine apparatus.

5 ¶Circa verò illum paſſum tan leges exorbitantes poſſint recipere extenſionem, ſeu amplificationem, dico breuiter quòd in caſibus, quibus dixi in §.

in §. præcedenti, leges corrigentes posse amplificari, multò fortiùs idem dicemus in legibus exorbitantibus, quæ facilìùs recipiunt extensionem, eo quia per hoc non fit correctio, sed potiùs distinctio, & declaratio: & ius facilìùs distinguitur, quàm in totum tollatur. Ita Bar. in repetitione l. si cõstante. ff. sol. mat.

¶Et ideo cùm in §. præcedenti probauerim ratione, authoritate, & exemplo, leges corrigentes posse extendi per identitatem rationis, etiam ad alias personas, dummodo illa ratio sit expressa, & directò respiciat illas alias personas: multò fortiùs idem dicemus in legibus exorbitantibus, nisi aliâs vltra exorbitantiam continerent odium forte, per ea, quæ dicã in §. sequenti.

¶Et sic licet Imola faciat regulam

negatiuam, quòd ad alias personas non potest fieri extensio per identitatem rationis, nisi in casibus præmissis: Ego facio regulam contrariam, quòd imò possint per identitatem rationis extendi, per rationes, authoritates, & exempla posita in §. præcedenti. Et si circa leges correctiuas, à fortiori ratione circa præmissa. Et vltra dicta in d § præcedenti, hoc etiam comprobo ratione, authoritate, & exemplo: Ratione, quia certum est quòd non possumus recedere à verbis, seu ipsorum proprie-
6 tate, propter aliquem fauorẽ: †quia ex quo constat de significatione vocabuli, non est locus interpretationi. l. ille autille. §. j. ff. de lega. iij. intantum vt etiam in pœnis non liceat improprijare verba pro mitigando pœnam: vt volut Bartol. in l. stipulatio

ista,

iſta, habere licere. §. eum, qui ita. ff. de verbo. oblig. & habes gloſſ. notabilem in proœmio Digeſtorum, in §. pen. in verbo, denarum. Et declara vt dixi in l. ſi quis teſtamento. ff. de legatis primo & adde etiam quod dicam ſtatim circa leges priuilegiales.

¶ † Si ergo nullatenus licitum eſt recedere à verbis, vbi de eorum ſignificatione conſtat, multò minùs licebit recedere à mente, de qua conſtat: quæ mens, vt iam pluries dixi, excerpitur ex ratione. Et probo conſequentiam, quia iſta mens, ſeu ratio legis, eſt potentior quàm verba: quia non intentio verbis, ſed verba intentioni debent deſeruire. c. in his. extra de verb. ſigni. & de verbis non curamus, vbi ius, vel ratio naturalis, vel mens, de qua conſtat, ali- 7

ter ſonant : vt dixi in tract. ſtatuto. in titulo de ſtatu. fœ. exclu. §. nunc videndum. verſi. quæro vlterius eſt ſtatutum.

¶Si ergo à verbis, de quorum ſignificatione conſtat, non receditur, etiam pro mitigando odium, vt patet ex præmiſſis, multò minùs à mente recedemus pro mitigando exorbitantiam & odium. Probo etiam authoritate nedum probabili, ſed etiam neceſſaria. Authoritate probabili probo per gloſſ. & Bartol. in l. ſi conſtante. in princi. ff. ſol. matri. vbi illa conſtitutio exorbitans ampliatur ad aliam perſonam non expreſſam, propter ſolam identitatem rationis: ſuper qua dicta gloſſ. & Bart. faciunt fundamentum, non autem conſiderant quòd illa materia ſit fauorabilis, prout dicit Imola. Probo etiam

auth

authoritate neceſſaria Iuriſconſulti in l. libertum. §. j. ff. de ritu nup. deducendo prout dixi in §. præcedenti, circa leges correctiuas.

¶ † Probo poſtremò exemplo diuinæ ſcripturæ, in qua non tantum conſiderantur verba, quantum ratio, ſeu mens. Hinc dicit tex. notandus in c. Marcyon. j. q. j. vbi dicit tex. Non enim in verbis ſcripturarum Euangelium dignoſcitur eſſe, ſed in ſenſu: non in ſuperficie verborum, ſed in medulla: non in foliis ſermonum, ſed in radice rationis. Sed attende, quia hæc procedunt, vbi ratio eſt expreſſa in lege: quo caſu habet mirabiles virtutes, de quibus vidiſtis in diſcurſu huius tractatus, & maximè in §. j. 8

¶ † Sed quid ſi non eſt expreſſa, non tamen poteſt deprehendi niſi 9

vnica

vnica ratio, an habebitur pro expreſſa quo ad præmiſſas virtutes. Et potes exemplificare in ſtatuto excludente filias dotatas à ſucceſſione, exiſtentibus maſculis, vbi non poteſt colligi alia ratio, quàm vt bona præferuentur in agnatione: an ergo habebitur pro expreſſa?

¶Super hoc reperio varietatem opinionum: Nam Alber. poſt Iac. de Are. in tract. ſtatu. in q. 3. tenet quòd oporteat rationem eſſe expreſſam. Idem videtur velle Bart. in l. liberorum. ff. de verb. ſignific. ibi: his præmiſſis, & cætera in apparatu ſuo in fine illius verſic. Ad quod ego allego gloſſ. ad hoc notabilem in l. non dubium. in verbo, amplexus. ibi: tu dic, & cætera. C. de legi. Sed in contrarium quòd imò ſufficiat conſtare de mente, ſeu ratione, & cætera, ſi

non

non ſit expreſſa : habes authoritatem Dy. in c. fi. de regulis iuris. lib. vj. & etiam Bald. & Sali. in l. maximum vinum. C. de libe. præter. & idem tenet Io. An. in additionibus ad Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſ. in rubrica. Et pro hac parte adduco bonam gloſſ. in l. quanuis. C. de fideicom.

¶ Sed pro concordia ego dicerem ſic, quia aut ſumus in materia correctiua : & tunc dico quòd ratio, ex qua debet fieri extenſio, debet eſſe expreſſa, † cùm per ſubauditiones & tacitos intellectus non inducatur legum correctio : vt eſt gloſſ. ſingularis in c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de elect. lib. vj. & tunc procedat prima opinio. Aut ſumus in materia exorbitanti : & tunc quia per ampliationem, quæ fit in ea ex mente legis, non dicitur induci correctio, ſed

sed potiùs distinctio: vt vult Bartol. in dicta l. si constante. solu.matri. & facilius lex distinguitur, quàm in totum tollatur: vt ibidem per Bartol. Consequenter sufficiet de hac mente constare, licet non sit expressa, saltem quo ad extendendum ad alios casus, & non fortè ad alias personas, nisi in casibus quatuor, quos suprà dixi. Et ita procedat secunda opinio suprà relata. Et quia in exordio huius tractatus pollicitus sum tractare in hoc §. de legibus priuatis, hoc est, de priuilegialibus, quæ magnam vicinitatem habent cum exorbitantibus, ideo tempestiuum est videre qualem interpretationem patiantur. Et pro intelligentia scias
11 quòd regula est quòd beneficia sunt latissimè interpretanda. l. fina. ff. de consti. princi. sed priuilegia unt stri-

ctè

&è interpretanda, vt no. in c. fin. de verb. ſignific. in ſexto. & in c. ſi papa. de priuileg. eo. lib.

¶Et dicitur beneficium id, quod ſolum concedentem lædit: ideo contra eum eſt latiſſimè interpretandū, ſecundum dominos Rotarios in concluſione, quæ eſt mihi cxv. & hoc etiam ſi ſit contra ius. c. quia circa. & ibi gloſſ. Inno. Ioan. Andr. & Panor. extra de priuile. Quòd nota pro limitatione c. j. & ij. de filiis presbyt. lib. vj. Secus ſi tangant præiudicium tertii, & ſint contra ius commune: quo caſu propriè dicitur priuilegiū, quod eſt ſtrictiſſimè intelligendum: de quo per Legiſtas in dicta l. fin. & Panor. in c. cùm ex inuucto. extra de hæretic.

¶†Circa quod tamen attende diligenter, quia ſi verba patiuntur, etiã 12

priuil

priuilegia sunt latissimè interpretanda.c.olim. extra de ver. significa. secundum vltimum intellectum glo. quod est notandum secundum Panor.ibi.

¶ Ad quod addo etiam c. ad audientiam.extra de deci. Sed in contrarium videtur casus cum sua gloss. in c. dilecti. eodem titulo, de decimis, vbi verba priuilegii impropriantur, vt non includant prædia conducta, ne tertio præiudicetur. & sic à verbis recedituꝛ pro restringendo priuilegium. Et facit etiam c. fin de verb.signifi. lib. vj. Et facit etiam optimè c. cùm dilectus. extra de consuetudine. Dico etiam quòd si priuilegium non esset contra ius, sed contra consuetudinem, vel statutum loci, tunc debet latissimè interpretari, sicut beneficiũ principis, dicto c. olim.

secuꝫ

ſecundum alium intellectum, qui fuit Ioann. Andr. qui ibi allegat ad hoc gloſſ. in c. j. extra de cleri. non reſi. Et hoc voluerunt etiam Abbas & Panor. in c. cùm tibi. extra de verborum ſignific. † Et idem dico ſi princeps cõcederet alicui quod aliàs ſibi competeret de iure communi, ſi fortè amiſerat præſcriptione, vel priuilegio, aut aliter: quia etiam tunc fiet larga interpretatio, ſecundum Panor. in c. ex parte. extra de decimis. Idem dico vbicunq; priuilegium eſt cõceſſum ex honeſtiſſima cauſa in ſupellatiuo: vt in caſu c. tua nobis. de verb. ſignific. Nam tunc tanquam fauorabile debet amplificari ſecundum Panor. ibi. Si verò de tali honeſtiſſima cauſa euidenter non apparet, tunc ſi priuilegium fundatur ſuper æquitate naturali, & eſt incluſum in cor- 13

pore iuris, dico quòd potest largè interpretari. Hinc videmus quòd tunc transit ad hæredes. l. non solum. ff. de in integ. resti. Et hoc probo ratione,
14 †quia omne fundatum super naturali æquitate dicitur continere causam honestissimam, seu iustissimam. Probo, quia quòd subueniatur ope restitutionis iusto impedimento, vel minori, prouenit ex naturali æquitate. Casus est in l. scire oportet. §. sufficit ff de excusa. tutorum. & in l. j. ff. de minoribus. & text. in l. j. in principio. & in l. necnon ex quibus causis maiores. appellant hanc causam iustissimam: ergo nimirum si istud priuilegiũ interpretamur largè, vt transeat ad hæredes, dicta l. non solum. quia est concessum ex causa honestissima, seu iustissima, ex quo est cõcessum ex naturali æquitate, & con-

ſequenter eſt latè interpretandum, per dictum c. tua nobis. ſecundum intellectum Panor. Et aduerte, quia illa l. non ſolum. etiam loquitur de iuſto impedimento, nedum de minore. Eodem modo dico quòd ſi priuilegium non contineret magnum præiudicium, tunc etiam poſſet latè interpretari, vt dicto c. tua nobis. ſecundum alium intellectum, qui fuit Ioan. Andreæ.

¶ Concludo ergo quòd vbicunque videbis priuilegium fuiſſe conceſſum ex cauſa iuſtiſſima, aut honeſtiſſima, ſeu ex naturali æquitate, quæ talem cauſam dicitur continere, iuxta prædicta, aut quando continet modicum præiudicium, tunc poteris largè interpretari talia priuilegia, per dictum c. tua nobis. & per coniunctionem dictorum iuris, vbi verifi-

catur eleganter intellectus Panor. ad intellectum d.c. Et præmissa nota pro singulari limitatione ad id, quod dicimus, priuilegia esse stricti iuris, & strictissimè interpretanda.

¶ Extra autẽ casus præmissos procedit regula suprà dicta quòd strictè sint priuilegia intelligenda.

16 ¶ † Sed hîc quæro de pulchra quæstione, an adeò sint strictè intelligenda, vt non transeant ad hæredes: quod nihil est aliud quærere, quàm vtrum priuilegium concessum personæ, in dubio censeatur personale potiùs, quàm reale. Et quòd in dubio censeatur personale, ita quòd non egrediatur personam, sensit glossa in l. maritum, seu in l. sequen. quæ est continuatiua. ff. solu. matrimo & clariùs hoc voluit gloss. in l. Neratius. ff. de regulis iuris. &

in

in c. cùm veniſſent. extra de inſtitutio.

¶Sed ego reperio gloſſam in contrarium, quòd imò in dubio priuilegium ſit reale, in l. forma. §. quanquàm. ff. de cenſibus. Et ſuper hoc reperio varios varia dixiſſe,& ſinguli doctores faciunt diuerſas diſtinctiones,& omnes comperio in aliquo defectuoſos. Vnde pro plena doctrina ego facio tria membra principalia. Aut enim loquimur de beneficio principis, aut de commiſſione officii, aut de priuilegio principis. †Primo caſu dico quòd beneficium principis in dubio tranſit ad hæredes. Ita reperio determinaſſe Imolam in dicta l. maritum. qui mouetur per l.fi. ff.de conſtit. princi.per quam legem idem reperio determinaſſe Specu. in titu. de inſtru. editi.§.nunc autem. 17

versic item quod fuit. & Bartol. in l. pen.ff. de serui. leg. Et sic volunt dicere præfati doctores quòd ex quo talia beneficia latissimè interpretantur, consequenter debent latè interpretari, vt transeant ad hæredes. Quam rationem nota pro his, quæ infra dicã. Quod verum credo, nisi essent concessa per verba relatiua ad factum magis, quàm ad ius, per textum in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. cum his, quæ ibi dixi. ff. de legatis. j. & exemplifica vt ibi dixi, & vt per Bartolum in l. peuul. ff. de seruis. leg.

¶Et adde ad hoc §. sed cùm fa-
18 ctum. Instit. de stipu. seruo. †In secundo casu, quando tractamus de commissione officii, dic quòd in dubio censetur commissio personalis. l. cuius. ff. de curatorib. furioso. l. antepenult.

nult. ff.de tute. Et ita reperio determinasse Bald.& Ange.in dicta l.maritum.Quod intellige verum,nisi officium esset commissum alicui sub nomine dignitatis.c.quoniam abbas. cum ibi notatis extra de offic.deleg. l.more.& l.& quia.cum ibi no. ff. de iur.om.iudicum.

¶ † Circa tertium cùm quæritur an priuilegium transeat ad hæredes, & censeatur reale:est materia nostra, in qua facio quatuor casus:quia aut datur priuilegium personæ propter personam : & tunc non egreditur personam,propter quam conceditur priuilegium : vt in casu dictæ l. maritum. quo priuilegium transit ad filios eiusdem matrimonii : quia secundùm Bartolum ibi, illud priuilegium datur marito propter liberos, quia datur propter matrimonium, 19

cui deferimus propter liberos.l. j. ff. sol.matri. Et hoc etiam vult ibi Bald. per l.assiduis. §.exceptis. C. qui pot. in pigno habean.

¶Et ideo malè inferunt secundum Bart. ibi, qui dicunt quòd quemadmodum illud priuilegium transit ad filios, ita sit in quocunque alio priuilegio. quod non est verum: quia in
20 alijs cessat ratio præmissa. † Aut, & secundo, datur priuilegium personæ propter causam: & tunc si illa causa adhæret personæ, non egreditur personam.l.ij §.si quid minori.ff.de minori. Si autem non cohæret personæ, quia solùm attenditur interesse rei familiaris, transit ad hæredes, secũdum Baldum vbi suprà, per l. non solum. ff.de in integ.restit. Et sic nota rationem ad illam legem. Et sic ista fuit consideratio Dyni, vt refert Ioan. Fa.

in l.

in l. hæredes. C. ad Velleia. Et Bald. in dicta l. non solum. se remittit ad Dy. Nam ibi persona non est causa proxima priuilegii, sed causa proxima est læsio.

¶ Sed idem Faber vbi suprà post Petrum & doctores, & etiam Sali. reprehendunt hanc considerationem. Dic vt ibi per eos, dicentes insuper quòd alia ratione in dicta lege, non solum. transit priuilegium ad hæredes, videlicet quia fuit concessum priuilegium ex naturali æquitate. De quo dic vt suprà dixi.

¶ Aut, & tertiò, datur priuilegium rei, seu causæ: & tunc transit ad omnes, ad quos transit ipsa res, seu causa. l. in omnibus. ff. de regulis iuris. l. ætatem. ff. de censib. l. si aquæ ductus. ff. de contrahen. empt. 21

ideo beneficium conceſſum eccleſiæ, vel dignitati, cenſetur reale. c. cùm veniſſent. de regulis iuris. in ſexto. Idem in priuilegio conceſſo ciuitati. l. forma. §. quanquàm. ff. de cenſib.

¶Aut, & quartò, priuilegium eſt conceſſum ſimpliciter perſonæ, & ſumus in dubio an ſit reale vel perſonale: quo caſu vidiſtis ſuprà glo. contrarias.

22 . ¶Ego autem dicerem quòd in caſibus, quibus ſuprà dixi priuilegia eſſe latiſſimè interpretanda, vt quando ſunt conceſſa ex cauſa iuſtiſſima, aut honeſtiſſima, ſeu ex naturali æquitate, quæ talem cauſam dicitur continere: tunc dico quòd tranſit ad hæredes, per dictam l. non ſolùm. Et quia, vt ſuprà vidiſtis, nulla alia ratione doctores volũt beneficia tranſire

ire ad hæredes, niſi quòd latiſſimè interpretantur. Sed iſta ratio in caſibus præmiſſis militat in priuilegiis: ergo & cætera. Et eadem ratione idem dico, quando priuilegiũ non eſt contra ius commune, ſed contra ius municipale, vel conſuetudinariuni, vel contra ius, quod erat præſcriptum, vel contra aliud priuilegium conceſſum alteri per ea quæ ſuprà dixi.

¶ † Extra autem caſus præmiſſos 23
dic quòd ſi priuilegium continet conceſſionem aliquam, non tranſit ad hæredes, niſi quatenus facta eſt extenſio viuo eo, cui conceſſum eſt: vt in ſimili dicimus de vſufructu, qui nõ tranſit ad hæredes, niſi quatenus fuit perceptus per vſufructuarium. l. defuncta. ff. de vſufructu. Et ſic intelligitur l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid.

tid & æstiua.

24 ¶ Si verò priuilegium non contineret concessionem, sed exceptionem, seu defensionē, tunc dicit Bartolus in dicta l. maritum. quòd si continet exceptionem peremptoriam, transit ad hæredes, postquam cœpit competere defuncto. Allegat l. iij. §. quod autem. ff. quod quisque iuris Et ita secundum eum habes rationem ad l. hæredes. C. ad Velleia. & etiam ad dictam l. non solum. Sed tu ad illam legem dic vt suprà dixi.

¶ Si verò priuilegium continet exceptionem dilatoriam, tunc priuilegium non transit ad hæredes, secundum Bartolum vbi suprá. Et iste est casus dictæ l. maritum. quòd illa exceptio, ne conueniatur quis vltra quàm facere possit, non est perem-

ptor

ptoria, ſed dilatoria vſque quò perueniat ad pinguiorem fortunam: vt habetur in l. ex diuerſo. ff. ſolu. matrimonio.

Summarium.

1 *Interpretatio qualis fieri debeat in conſtitutionibus.*
2 *Conſtitutio pœnalis quando poſsit extendi. & num. 8. & 10.*
3 *Conſtitutio pœnalis quando fauorabilis dici poſsit, & quando non. & nume. ſeq.*
7 *Actio quod metus cauſa, an ſit fauorabilis, an verò odioſa.*
9 *Conſtitutio reſpectu pœnæ & correctionis odioſa prorſus ſeruari debet.*
11 *Annullatio actus, propriè pœna non eſt.*

Sept

EPTIMO in ordine videndum est qualis interpretatio sit fienda in constitutionibus pœnalibus. Super quo Imola in l. si verò §. de viro.ff.sol.mat.multũ fermonis effundit.

1 ¶ Sed conclusio eius est, quòd si constituto est merè pœnalis, etiam respectu recipientis non potest fieri extensio, etiam ex identitate rationis, ad casum, qui non sit omnino similis, vel ad alias personas. l. fin. C. de interdict. matr. secundum vnum intellectum, quem tangit ibi Ia. de Belui. Fallit primò in casu, quo non facta extensione dispositio expressa posset esse de facili delusoria, per tex. cum gloss. in c. quanquàm. de vsuris. in vj. vbi illa constitutio loquens de testamento vsurarum manifestarũ extenditur ad donationem causa mortis, &

& codicillos, quia alias de facili posset illa constitutio fraudari donando vel codicillando.

¶Item fallit quando fieret extensio ad casum in eadem materia, æquiparatum expresso, per ea, quæ habentur in c. si postquàm. §. j. & fin. de elect. in vj.

¶Item fallit quando casus non expressus potest sub lata significatione comprehendi, per l. libertum. §. j. ff. de ritu nupt. iuncta l. j. C. de interdict. matri. Iste est effectus verborum Imolæ, licet longè prolixiùs incedat.

¶Ego tamen in hac materia puto latiùs esse exordiendum: & dico sic, quòd aut constitutio pœnalis est fauorabilis, licet pœnalis: & tunc non dubita quòd ex identitate rationis expressæ poterit fieri extensio tam ad 2

alias

alias personas, quàm ad alios casus, quos ratio directò amplectitur, quia ex quo non obstante pœnalitate est fauorabilis, per consequens debet habere effectum constitutionis fauorabilis, quia frustratorium esset habere nomen sine effectu.

¶Sed tunc pulchrũ est videre quãdo constitutio pœnalis possit dici fauorabilis, & quando non. †Super quo ita distinguerem, quia aut constitutio pœnalis est contra ius commune: & tunc quia duplex odium continet, videlicet pœnalitatis, & correctionis. c.j. in fi. de filiis presb. in vj. tunc dico indistinctè talem constitutionem esse odiosam, quamuis fuisset inducta fauore publico. Iste est casus notabilis in c. statutũ. de elect. in vj. qui tex declarat c. licet canon. eodem titulo. non esse tanquam pœnale extendendum,

3

dum, ſed potiùs reſtringendum. quod c. corrigit c. cùm in cunctis. eodem titulo. in antiquis. vt non ſit neceſſaria monitio, prout antè erat, & hoc in fauorem gregis commiſſi, & ſic fauore publico, vt ibi exprimit textus.

¶ Si verò conſtitutio pœnalis non eſt correctiua, tunc ſubdiſtingue, quia aut ratio legis pœnalis dirigitur in perſonam eius, cuius occaſione, & odio eſt promulgata, puta quia dicit, quoniam pleroſque comperimus minorum facultatibus inſidiãtes, idcirco ſtatuimus ſub pœna decem, &c. vt nemo de cætero audeat cum minoribus contrahere ſine tali ſolennitate: & tunc dico talem conſtitutionẽ, quamuis in conſequentiam reſpiciat fauorem, eſſe odioſam, ſicut in Macedoniano dicimus, cuius verba re- 4

feruntur ad mutuantes filiisfamilias. ff. ad Macedo. l. 1. & tamen dicitur constitutio odiosa, licet in sui consequentiam tendat ad fauorem filiorũ, quibus dat exceptionem Macedoniani. Et istis casibus potest bene dicere Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit quòd vbicunq; constitutio est fauorabilis, seu inducta fauore alicuius, si tamen sit adiecta pœna, respectu pœnæ dicitur odiosa.

5 †Aut secundo loco ratio dirigitur in personam eius, cuius fauore fit, puta quia dicit, Ne contingat in posterum minorum facultatibus labi facilitas æratis, statuimus ne de cætero quis etiam præsumat contrahere cum minoribus sine consensu duorum propinquorum, sub pœna decem; & tunc dicam hanc constitutionem esse fauorabilem, licet pœnalis. Hæc prob

probantur optimè in l. qui exceptionem. in princip. cum ibi notatis per Bart. & doctores ff. de condi. indeb. Faciunt etiam notata per Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. Et hæc dixerim causa exempli declaratiui, quia pur in exemplis præmissis, posset etiam dici constitutio correctiua: & sic includeretur in primo membro. †Aut verò, & tertio ca- 6
su, sumus in dubio: & tunc in dubio dico quòd ipsa constitutio continet publicam vtilitatem, quamuis sit pœnalis, iudicabo eam fauorabilem: & idem si contineat ecclesiarum fauorem: argumento l. fin. C. de sacrosan. eccle. Et de hoc habes gloss. menti tenendam in c. sciant cuncti. de elect. in vj. & est etiam de mente gloss. & ibi Bar. in l. quemadmodum. de agri. & censi. lib. xj.

¶Si verò constitutio pœnalis non contineret publicam vtilitatem, sed priuatam: adhuc in dubio idem videtur dicendum, vt præsumamus legislatorem potiùs principaliter voluisse fauere, quàm nocere, quando ipsa constitutio continet fauorem alicuius. Et pro hoc adduco notata per Barml. & doctores in l. j. C. de his
7 quæ vi, metúsve cau. fiunt. † vbi dicunt actionem quod metus causa, potiùs censendam fauorabilem, quàm odiosam, quanuis odium contineat quo ad metum inferentem. Gloss. tamen ibi tenet contrarium, & in dicta l. qui exceptionem. Et præmissa tene bene menti pro declaratione multorum iurium, & ad materiam c. odia. de regul. iur. in vj.

¶Si verò constitutio pœnalis non est fauorab[illegible]anc si cum illa odiositate

ſitate pœnæ concurrat correctio, & tendat extenſio ad fauorem Reipublicæ, tunc adhuc Bartolus in dicta l. quemadmodũ. videtur velle quòd poſſit fieri extenſio, tanquam conſtitutio ſit fauorabilis, vt ibi dicit gloſſ. Ex quo infert notabiliter ad ſtatuta, vt pœna ſtatuti punientis facientes maleficium puniatur fieri faciẽs: cùm Reipublicæ interſit puniri malos, vt purgetur prouincia. l. congruit. ff. de offi. præſidis.

¶ † Sed dico quòd ratio ſua, & 8
deciſio confunditur per textũ in c. ſtatutum. de electio. in vj. deducendo prout ſuprà deduxi. Nec tantum ibi noto dictum, quantum rationem: quia quo ad hoc, quod dicit de eccleſiis collegiatis, poſſet dari aliqua ratio differentiæ, ſecundum quod ibi notat Archid.

¶Sed ratio ibi est illa, quæ me mouet, dum dicit, quòd cùm sit principaliter pœnale, restringi conuenit. & secundum Bartol. tanquam fauorabile esset amplificandum. Nec obstat gloss. in dicta l. quemadmodum. quia lex non loquitur in lege pœnali, & correctiua, quia tunc est duplex odium, nec tunc quouis modo potest dici talis lex fauorabilis propter correctionem dicto c. j. in fine. de filiis presbyterorum. in sexto. Concludo ergo indistincte talem cõstitutionem nullatenus esse porrigendã vltra casum suum. Et hoc determinat in simili Ioan. Fa. in §. sequens. Inst. de actio. & est glo. in eod. titu. in §. item mista. quam ibi approbat Dy. & sequitur Ioan. Fab.

¶Sed tunc fortiter obstat quod dixi in paragraphis præcedentibus, vbi

vbi dixi quòd vbi eſt eadem ratio, non dicitur fieri extenſio: ergo cur non debemus interpretari ex identitate rationis, qualiſcunque ſit conſtitutio.

¶Sol. † Poſſumus dicere quòd ex quo eſt odioſa, & reſpectu pœnæ, & reſpectu correctionis, non videtur eſſe de mente legiſlatoris, quòd à verbis talis conſtitutionis recedatur. Et hoc caſu poteſt bene dicere Bart. in l. omnes populi. in verſicu. iuxta prædicta. & vbique. ff. de iuſtitia & iure. vbi tenuit legem corrigentem non poſſe extendi per identitatem rationis: quia illud poteſt eſſe verum, ſi cum correctione concurrat pœnalitas, per dictum c. ſtatutum.

¶Si verò lex pœnalis non eſt fauorabilis, nec correctiua, tunc dico

in omnibus, & per omnia esse distinguendum, secundùm quod dixi in legibus exorbitantibus, in §. præcedenti. †Vbicunque tamen dixi constitutionem pœnalem non esse extendendam, illud videtur verum quo ad pœnam ipsam: cæterùm quo ad principaliter statutum omissa pœna videtur posse fieri extensio per similia, per text. notabilem in argumentum in l. multa. & in l. in testamento. ff. de condi. & demonstr. Et hoc videtur esse de mente Ioan. And. in c. dispendia. de rescrip. in Nouella. & in c. odia. de reg. iuris. in Mercurial. Et hoc vult etiam Cardinalis Florent. in c. j. extra de loca. qui illam constitutionem extendit ad omnia studia, sed non pœnam. Et idem dicit ibi Panorm. in correctius. Ad quod vide glossam notabilem

lem in clementina j. de conſanguin. & affini.

¶Vnum non omitto, quod dicit Imola in dicto. j. de viro. tquòd annullatio actus non eſt propriè pœna, per c. fin. de elect. in ſexto. & allegat etiam Ioan. Andr. in dicto c. odia. Sed ego dico quòd illud eſt verum, quando annullatur diſpoſitio ex defectu ſolennitatis, vel alias, non tamen ex delicto, vel culpa. Et iſte eſt caſus dicti c. fin. Si enim ex delicto, vel culpa, tunc talis annullatio dicitur pœna. l. ſenatus. cum gloſſ. ff. de contrahen. empt. Et facit l. fin. C. de iure emphy. II

Summarium.

1 *Interpretatio ſemper fieri debet in fauorem animæ.*

2 *Reipublicæ præfecti, cõmodis ſuis poſt*

habitu, vtilitatem ciuium maximè consulere debent.

3 *Constitutio fauens Reipublicæ, magnopere ampliari debet.*

4 *Interpretatio ad publicam vtilitatem, etiam contra iuris subtilitatem, fieri debet.*

5 *Constitutio beneficium principis non cõmens qualem admittat interpretationem.*

6 *Odia restringi, fauores verò debẽt amplificari.*

7 *Statutum excludens filias dotatas à successione, an sit ampliandum, an verò restringendum.*

8 *Nepotes filiorum nomine veniunt in materia fauorabili.*

9 *Tutelæ datio mistim odium continet & fauorem.*

10 *Lex quando fauorabilis dicatur, & quando odiosa.*

Disp

11 *Diſpoſitio ne patroni & parentes in ius vocentur, qualiter ſit fauorabilis, & amplificanda.*

12 *Pecunia quid ſit, & quotuplicis ſignificationis.*

13 *Fundus optimus, maximuſque, qualiter intelligatur.*

14 *Interpretatio qualis fiat in contractibus, vltimis voluntatibus, & principum indultis. & num.* 15.

OCTAVO videamus qualis interpretatio in aliis iuribus non odioſis ſit fienda, ratione correctionis, exorbitantiæ, pœnalitatis. † Super quo dico quia anima eſt cunctis rebus præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. quòd ſemper procurare debes facere talem interpretationem, quæ ſit in fauorem animæ: quia etiam ſi conſtitutio ſit pœnalis, fauore animæ recipit inter 1

interpretationé, iuxta notata per Hoſti. quem ſequitur Panor. in c. cùm in partibus. extra de verbo. ſignific. & dico quòd intantum eſt fauendum animæ in interpretandis legibus & canonibus, vt licitum ſit recedere à cõmuni præſumptione iuris, etiam interpretando in deteriorem partem pro fauendo animæ: quia licet videatur talis interpretatio deterior, tamen eſt melior, & tutior: vt eſt gloſſa notanda in c. vnico, extrà de ſcrutinio.

¶Et quia poſt animam totis viribus procurare debemus pro Republica, poſtergando propria commoda, iuxta illud Platonis Athenienſis
2 inquientis, † quòd qui Reipublicæ præfecturi ſunt, duo præcepta tenere debent: vnum, vt tueantur vtilitatem ciuium, oblitι commodorum ſuor

ſuorum. Alterum, vt totum corpus Reipublicæ curent, ne dum aliquam partem tuentur, totum deſerant. Ideo dico † quòd vbicunque conſtitutio tendit ad fauorem Reipublicæ, eſt amplificanda intantum, vt pro amplificando Reipublicæ fauorem licitum ſit recedere à generali locutione: vt eſt text. valde notabilis in l. ſi quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sillania. quem doctores ibi adducunt ad multas notabiles quæſtiones. 3

¶Et addo etiam gloſſam notabilem in l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſitis. libro xj. quæ vult quòd quantuncunq; aliâs conſtitutio ſit odioſa, ſi tamen tendit ad fauorem Reipublicæ, eſt, tanquam fauorabilis, extendenda. Quod tamen limita vt dixi in §. præcedenti.

Simi

4 ¶ Similiter dico † quòd ratione publicæ vtilitatis licitum est recedere in interpretando à subtili ratione iuris: quia multa in iure nostro contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi recepta sunt. Casus est notabilis in lege, ita vulneratus. §. fin. ff. ad legem Aquil.

¶ Si verò constitutio non contineat fauorem animæ, vel Reipublicæ, tunc si continet aliquod beneficium principis, adhuc latissimè est interpretanda. l. fina. ff. de constitut. princip. Secus si contineret priuilegium, vt dixi suprà in §. sexto. vbi etiam declaraui quæ sit differentia inter beneficium & priuilegia.

5 ¶ † Si verò lex non continet beneficium principis, tunc aut est inducta

ducta in merum fauorem alicuius priuati, aut in odium, aut mistum continet fauorem & odium, aut est neutralis, non continens odium, nec fauorem. Primo casu quando est inducta in merum fauorem, est amplificanda sine dubio. c. odia. de regulis iuris. lib. vj. In casu verò secundo quando in odium est inducta, tunc si continet odium respectu correctionis, exorbitantiæ, vel pœnalitatis, quid iuris, vidistis in paragraphis præcedentibus.

¶Si verò aliâs est odiosa, tunc adhuc dico materiam esse restringendam, per regulam dicti c. odia. vbi dicitur † quòd odia restringi, & fauores conuenit ampliari. Et exemplifica vtrunque dictum secundùm quod ibi exemplificat gloss. Et etiam potes exemplificare secundùm quod 6

statim

ſtatim dicã de verbo,pecunia. Quando verò lex continet miſtum fauorẽ & odium, tunc gloſſa in dicto c. odia. videtur velle quòd talis lex ſit amplificanda. Et exemplifica in Macedoniano. Et pro illa gloſſ. optimè facit l.filium habeo. ſuprà ad Macedo.licet non alleget.

¶Item pro ea facit quod dixi in §. præcedenti,quia in tali miſtura verisimile eſt legem potiùs voluiſſe fauere, quàm nocere.Et hoc etiam videtur velle Bartol. in l.liberorum.ff. de verb.ſignific. per dictam l.filium. Sed illi poteſt reſponderi quòd in caſu ſuo non extenditur de filio ad nepotem, tanquam fauorabilis, ſed potiùs propter identitatem rationis, præſertim cùm ibi nepos mutuaſſet de iuſſu filii,eiuſdémque patris.

¶Sed attende, quia reperio gloſ-

ſam

ſam valde notabilem in lege, Vena. C. de in ius vocando, quæ vult quòd in iſta miſtura ex capite fauoris ſit amplificanda, ex capite odii ſit reſtringenda. Et illam gloſſam multum ſignant ibi doctores, & præſertim Bald. qui per hoc dicit quòd ſtatutum vocans filios maſculos ad ſucceſſionem, & excludens fœminas dotatas: ex capite, quo vocat filios, eſt fauorabile, iden extendendum de filio ad neptem: Ex capite verò excluſiuo filiarum, eſt odioſum. Iden reſtringitur, vt non includat neptem ex filia. 7

¶Sed, domini mei, malè exemplificat, quia tale ſtatutum abſque dubio in totum cenſetur odioſum, per legem, maximum vitium. C. de libe. præter.

Et præsertim quia est contra ius commune, ergo est odiosum. capite primo. in fine. de filiis presbyterorum. libro sexto. Et de hac quæstione Baldi dic vt plenè tetigi in titulo de statuto fœminarum exclusiuo. §. nunc videamus. versiculo, sed nunquid. In quæstione verò principali ego sic dicerem, quòd aut interpretando strictè parum læditur fauor propter leuitatem præiudicii, vbi amplificando posset esse graue onus: & tunc dico quòd talis lex, mista ex fauore & odio, debet restringi. Exemplum habes in §. fin. Institu. qui da. tu. pos.

8 ¶ Ecce in materia fauorabili appellatione filiorũ continentur nepotes, iuxta notata per Bartol. in l. liberorum. ff. de verbo. signific. & tamen si testator dederit tutorem filiis

suis,

ſuis, non intelligitur dediſſe nepotibus: dicto §.fin. Ratio, † quia datio tutelæ eſt miſta ex fauore & odio: quia quo ad minores quòd habeant tutores, eſt fauorabilis, ſed reſpectu ipſorum tutorum continet odium & onus, quia coguntur eſſe tutores. 9

¶Cæterùm quia licet nepotibus non intelligatur datus, non eſt grauis præiudicii: quia ſupereſt remedium legis dantis tutorem legitimum, vel etiam iudicis dantis datiuum: & ex parte tutorum eſt graue onus, igitur cùm præiudicialitas præponderet fauori, nimirum ſi reſtringitur potiùs quàm amplietur. Et iſtam rationem dedit Bartol. in l. liberorum. præalleg. Ceſſante verò ratione præmiſſa, tunc conſiderarem quid venit principaliter, & quid in conſequentiam: 10

vt si principaliter est lex inducta in odium alicuius, censeatur odiosa, & restringenda, licet in consequentiam concernat fauorem alterius: & econtra, si principaliter inducta est in fauorem licet in consequentiam redundet in odium alterius, dicatur fauorabilis & amplificanda: quia inspicitur quod principaliter fit, non autem quod venit in consequentiam. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. Et si nescieris qualiter hoc poterit percipi, recurre ad doctrinam, quam tradidi in §. præcedenti.

¶ Si verò hoc non apparet, tunc si dispositio est in persona tam agentis quàm patientis respectiua, stabo doctrinæ glo. in dicta l. venia. quod probo præclaro exemplo. † Ecce dispositio vetans patronos & parentes

11

vocari

vocari in ius ſine venia, eſt reſpectiua tam ad honorem patronorum & parentum, quàm ad odium libertorum cõtrafacientium, idcirco ex capite patroni, quo conſtitutio eſt fauorabilis, extenditur vt etiam ſi conueniatur non proprio nomine, ſed tanquam tutor, vel defenſor, debeatur ei honor. l. ſed ſi hac. §. ſemper. ff. de in ius vocan.

¶Sed ex capite liberti, quo eſt pœnalis, non extenditur ad libertum agentem nomine alterius ſine venia. Caſus eſt in l. quæſitum. de in ius vocan. Et iſtam rationem aſſignat gloſ. in dicto §. ſemper. Et adde etiã gloſſam in dicta l. venia. quod eſt notandum perpetuò ad multa.

¶Si verò, & vltimo caſu, materia eſt neutralis, tunc aut in illa materia eſt aliquod verbum habens ſolum

vnicum ſenſum, aut duos ſenſus, aut plures. Primo caſu res eſt clara, quòd non eſt recedendum ab illo ſenſu.

Secundo caſu ſi habet proprium ſenſum, & improprium, certè ex quo materia non eſt fauorabilis non recedam à propria ſignificatione, niſi de mente legislatoris aliter conſtet per coniecturas vel circunſtantias. l. non aliter. in princi. ff. de leg. iij. vel niſi conſuetudo loquendi aliter ſe habeat. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruc. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædili. edic. Quando verò verbum habet plures ſenſus, tunc in tali materia neutrali non accipiemus pinguiorem ſenſum, nec etiã
12 minorem, ſed medium. †Exemplum, verbum, Pecunia, triplicem recipit ſenſum; Nam aliquando continetur ſolùm pecunia numerata. l. ſed Iulianus.

nus. ſ. mutui datione. ff. ad Macedo. l. ſi verò. ſ. fin. ff. ſol. matri. Aliquando verò appellatione pecuniæ nedum continetur pecunia numerata, ſed etiam res conſiſtentes pondere, numero, vel menſura. l. talis ſcriptura. ff. de leg. ſ.

¶ Aliquando verò nedum continetur pecunia numerata, & res conſiſtentes pondere, numero, vel menſura, ſed etiam continentur corpora, & ſpecies. l. nam quod. ſ. fin. & l. ſeq. & l. cogi. in princi. ff. ad Trebell. & l. pecuniæ verbum. & l. propémodũ. ff. de verb. ſigni. & ideo in materia odioſa ſtrictè accipitur pro pecunia numerata, dicto ſ. mutui datione. Et idem vbi agitur de aliquem obligando contra voluntatem ſuam. dicta l. ſi verò. ſ. fi.

¶ In materia verò fauorabili con-

tinet omnia, videlicet & pecuniã numeratam, & res consistentes põdere, &c. & sic species, & corpora, d. l. nam quod. ff. cum l. seq. cum similibus.

In materia verò neutrali accipitur media via, quia non intelligitur strictè, nec etiam latissimè, sed continentur res, quæ pondere, numerò, & mensura consistunt. Et ibi est casus, & Bartol. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & ibi dixi. Et per istud vltimum exemplum habes exemplificata omnia membra distinctionis nostræ, præter id, quod dixi de materia mista fauore & odio: sed eo casu exemplificata vt suprà dixi. Et adde etiam aliud exemplum, vbi eadem verba
13 triplicẽ sensum recipiunt, vt illa verba, fundus vti optimus, maximúsque est. Nam possunt intelligi quòd sit liber ab omni seruitute. l. quod ad seruitutes

uitutes. ff. de euict. l. ſi cùm fundum. & l. non tantum. de verb. ſigni.

¶Item poteſt intelligi quòd etiam cum fundo veniant inſtrumenta ad fundum, vt aratra, & ſimilia. l. fundo legato. ff. de fundo inſtruc.

¶Item poteſt adhuc latiùs intelligi quòd ſit liber, & cum inſtrumẽtis, & etiam cum adiacentibus. l. ſi quando. C. de bo. vacan. lib. x. Et ideo quia habemus regulam † quòd in contractibus ſit plena interpretatio, in vltimis voluntatibus plenior, in beneficijs principum pleniſſima, vt notant gloſſ. & doctores in l. fin. ff. de conſti. princi. & Canoniſtæ habẽt caſum ad literam in c. cùm dilecti. in fine. extra de donatio. & ideo in contractibus accipietur ſecundùm primũ ſenſum ſuprà relatũ. Caſus eſt in d. l. quod ad ſeruitutes. & in d. l. ſi cùm fundum. 14

¶In vltimis verò volũtatibus, vbi plenior fit interpretatio, accipiemus ſecundum ſenſum ſuprà relatum. d. l. fundo legato. In beneficiis autem principum, vbi fit pleniſſima interpretatio, accipiemus vltimũ ſenſum, vt dicta l. ſi quando.

15 ¶†Quod tamen dixi, in contractibus fieri plenam interpretationem, intellige ſaluo eo, quod habetur in l. veteribus. ff. de pact. & in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de ver. obligatio. Similiter quod dixi, in vltimis voluntatibus fieri pleniorem interpretationem, intellige ſaluo eo, quod habetur in l. ſi ita. ff. de leg. §. & in l. nummis. ff. de leg. iij.

Summarium.

1 *Argumentum à ſenſu contrario vnde ſumi ſoleat.*

2 *Leges an recipiant interpretationẽ per*

contr

contrarium ſenſum.

3 *Interpretatio in iuribus incorporalibus fieri non debet.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis nullum eſt aduerſus ius cõmune.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu quando valeat, & quando non.*

6 *Arguere à ſenſu cõtrario quãdo liceat.*

7 *Diſpoſitio non ideo ceſſat, quòd cauſa eius impulſiua ceſſarit.*

8 *Argumentum à ſenſu contrario ſumptũ à defectu cauſæ finalis an ſit probabile, & neceſſarium.*

9 *Senſus contrarius à defectu cauſæ finalis ſum debet.*

10 *Argumentum à defectu cõditionis an ſit probabile & neceſſarium.*

NONO pollicitus ſum dicere, an liceat leges interpretari per contrarium ſenſum. In quo articulo reperio grandes varietates

tates inter doctores, & neminem reperio perfectè locutum fuisse. Vnde ego pro introductione quadam quæro I tnunquid argumentum à contrario sensu veniat ex interpretatione, seu mente legis, an verò potiùs ex propria significatione. Et breuiter doctores in l. conuenticula. C. de epis. & cleri. Concludunt quòd veniat ex interpretatione. Et idem firmat Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. De quo habes gl. in l. apud antiquos. in verbo, coniectura. C. de furtis. Et probatur hoc per tex. in l. pecuniam. ff. si cer. pe. vbi textus vtitur verbo, quanquàm, quod est nota improprietatis. Ego etiam probo hoc per text. quem Dy. & Cy. qui tenent contrarium, adducũt pro se, sed re vera, facit contra ipsos, videlicet in l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dotal.

vbi

vbi tex. vtitur verbo fictionis & improprietatis, videlicet intelligi debet, quod eſt verbum fictionis. l. pater inſtituto. ff. de captiuis. Sicut etiam dicimus in verbo, creditur. l. retro. in eod. titu. Et de verbis importantibus fictionem dixi in l. ſi duo. ff. de acquĩ. hæred. & per Bartol. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. Probo etiam præmiſſa per l. aliquando. ff. de condi. & demon. quæ etiam vtitur verbo, intelligitur, & dictione quaſi. Et addo etiam gloſ. valde notabilem in l. ij. C. de condi. inſertis. quam ibi ſignanter notat Bal. quæ vult quòd id, quod venit per contrarium ſenſum, dicatur venire per ſubauditionem, quod eſt notandum ad ea, quæ infrà dicam.

¶ Hoc præmiſſo venio ad quæſtionem noſtrã principalem, cùm quæritur

2 riturtan liceat leges interpretari per contrarium ſenſum. Super quo dico quòd ſi ſumendo contrarium ſenſum induceretur correctio alterius iuris, tunc non eſſet bonum argumentum. quod probo authoritate, ratione, & exemplo. Authoritate communis ſententiæ doctorum in l. conuenticula. C. de epiſ. & cleric. & Bar. in l. omnes populi. prælegata.

¶Item & authoritate gl. in c. ſignificaſti. extra de foro cõpeten. & etiã gloſſ. in clemen. j. de vſuris. in verbo, facere. Probo etiam ratione, quia cõtrarius ſenſus legis dicitur venire per ſubauditionem. gl. & Bal. in dicta l. ij. de condi. inſert. Sed non poſſumus per ſubauditiones & tacitos intellectus inducere correctionem. Glo. ſingularis in c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. de elect. lib. vj. ergo nec per

contr

contrarium ſenſum.

¶Item venit illud argumentum per interpretationem, vt ſuprà dixi. Sed per interpretationem non poſſumus leges corrigere. †Hinc eſt quòd 3
in iuribus incorporalibus non fit interpretatio, vt vidiſtis in §. quinto. ſuprà eod. ergo &c.

¶Exemplo etiam probatur in dicta Lij. vbi habes exemplum.

¶Item quia videmus quòd per mentem legis, quæ ſumitur ex ratione, nõ inducitur correctio, ſecundum communem ſententiam. Quod an ſit verum, dixi in dicto §. quinto. ergo nec per ſubauditum contrarium ſenſum. Et ſic ex præmiſſis patet quòd 4
in ſtatutis contra ius commune non eſt licita argumentatio à contrario ſenſu in correctionem iuris communis. Et hoc firmant communiter do-

ctores

ctores in dicta l.conuenticula. Quod ego plenè tetigi in tracta. statu. in tit. de exten. statu. interpre. §. nunc videndum.

¶Sed præmissa ego limito procedere, quando ille sensus contrarius esset contra ius expresse decisum. Secus si esset cõtra simile iuris, vel contra decisionem doctorum communis sententiæ factam per argumentationes, per ea, quæ dixi suprà in §. quinto. Item limito nisi argumentum à contrario sensu fortificaretur per aliquam dictionem taxatiuam, & expressam haberet maiorem rationem, quàm implicatam: alias secus, per ea, quæ dixi in dicto §. quinto. versi. sed quæro an per dictiones taxatiuas.

¶Si verò ille cõtrarius sensus non est contrarius iuri, sed tamen inducit aliam absurditatẽ, adhuc dico quòd non

non valet argumentum à contrario ſenſu, vt dicta l. ij. de condit. inſertis. ſecundum vnum intellectum. & dicta lege, conuenticula. Et hoc vltimum vult Imola in lege, qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamen. Extra autem caſus præmiſſos cùm quæritur an liceat arguere à contrario ſenſu, dico † quòd ſi contra- 6
rius ſenſus ſumitur à verbis modalibus, vel narratiuis, non valet, per ea, quæ dicit Curtius in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligationibus. vbi dicit quòd non poſſunt colligi notabilia ex talibus verbis narratiuis. Quod etiam reperio fuiſſe de mente gloſſæ, licet non alleget, in capite, dudum. in gloſſa j. extra de decimis. Idem dico ſi ſumitur contrarius ſenſus ex verbis prolatis gratia dubitationis tollen-

dæ, per legem, quæ dubitationis. ff. de regulis iuris. Et hoc bene vult etiam Sali. in dicta lege, conuenticula. Idem dico, si sumeretur contrarius sensus à defectu causæ impulsiuæ, quia talis argumentatio non
7 valeret: † quia deficiente causa impulsiua, non propter ea cessat dispositio: vt habetur in l. j. §. sexum. ff. de postulando. Secus dico si sumeres contrarium sensum à defectu causæ finalis, dummodo non sit nisi vna causa finalis, per l. si cùm filius. §. Titio. ff. de donatio. cum ibi notatis per Bartolum. Et adde Butrium in c. publicato. extra de elect. Sed si essent duæ causæ finales, tunc à defectu vnius non posses sumere contrarium sensum, per §. affinitatis. Instit. de nupt.

8 ¶Sed quæro vtrum † argumentum

tum à contrario ſenſu, quando ſumitur à defectu cauſæ finalis, ſit probabile tantùm, an verò probabile, & neceſſarium. Et reperio quòd Baldus in dicto §. mulier. qui tamen de præmiſſis non facit mentionem, dicit quòd tale argumentum eſt bene probabile, ſed non neceſſarium, per legem, adigere. §. quanuis. ff. de iure patronat. nec aliter declarat cur non ſit neceſſarium. Sed fortè hoc dicit ſecundum Imolam ibi, propter l. proſpexit. ff. qui & à quibus.

¶Ego verò credo quòd ſit neceſſarium, quia ceſſante cauſa finalis legis, ceſſat ipſa lex, dicto §. Titio. & ibi per Bartolum, qui declarat modum intelligendi quando dicatur cauſa finalis, & quando impulſiua. Et ſi ponderabis, hoc fuit de mente Salicet dicta lege, conuen-

9 ticula. quia dicit † quòd à defectu cauſæ finalis poteſt, & debet ſumi contrarius ſenſus. Noto verbum, debet, quod eſt neceſſitatis, l. ſæpe audiui Cæſarem. ff. de offic. præſidis.

¶Subiicit tamen notabiliter Salic. quòd vbicunque contrarius ſenſus eſſet contra iura, tunc nunquàm præſumitur cauſa expreſſa eſſe finalis, ſed potiùs præſumuntur verba prolata cauſa dubitationis tollendæ: quod nota. Nec obſtat prædictis dicta lex, proſpexit. per quam potuit moueri Baldus ſecũdum Imolam, quia ille textus venit intelligendus ſecundum quod plenè dixi in tractatu ſtatutorum, in titulo de reſtrictiua ſtatutorum interpretat. §. primo.

10 ¶†Quæro vlteriùs, an argumentum

tum à defectu conditionis ſit probabile, & neceſſarium. Baldus in dicto §. mulier. tenet quòd ſic. Et ego pro eo allego bonum textum in lege prima. §. huius rei. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdic. vbi ſi rectè videbitis, ſumitur contrarius ſenſus à deficiente conditione, vt patet ibi, poſſit eam, ſi proficiſcatur, mandare. Et ideo nimirum ſi textus dicit ibi, quòd eſt fortiſſimum argumentum in ſuperlatiuo. Nam ſi ſolum eſſet probabile, non diceretur fortiſſimum.

Summarium.

1 *Relatiua quæ dicantur.*

2 *Pignus non probibetur, emptione probibita.*

3 *Adultero pœna capitalis propoſita eſt, adulteræ autem non item.*

4 Correlatiuorum an & quando eadem sit disciplina. & nu. 12.
5 Venditio si licita sit, & item emptio.
6 Statutum prohibens vendi grauum extra plateam, an sit correctiuum, an vero exorbitans.
7 Extensio an fiat in materia corrigente de vno correlatiuorum ad aliud
8 Aedium dominus ante finitum locationis tempus, eas dem alij locare potest.
9 Correctio legis non potest induci per subauditiones, & tacitos intellectus.
10 Emens grauum vendi vetitum eadem plecti ur pœna, qua & vendens.
11 Pœna in vno ex correlatiuis statuta, ad aliud quando trahatur.
13 Priuilegium vni concessum quãdo porrigatur ad aduersarium.

Deci

DECIMO videre congruit, qualiter leges debeant interpretari, & declarari per naturam correlatiuorum. Et priùs, quàm ad id perueniam, præmitto quòd relatiua dicuntur illa, quorum vnum non potest esse sine reliquo. verbi gratia, non potest esse vxor sine marito, venditor sine emptore, locator sine conductore, concubina sine concubinario, & sic de singulis. 1

¶Vnde quæro verum statutum in vno trahatur ad aliud. verbi gratia, statuto cauetur quòd vendens granum extra plateam puniatur in decem, an eadem pœna affligatur emptor, de quo loquitur statutum. Et arguo quòd non liceat arguere à correlatiuis, per legem, multum. ff. de verbo. oblig.

¶Item probo quòd non sit eadem disciplina correlatiuorũ, †quia
2 prohibita emptione, non prohibetur pignus. lege, in quorum. & ibi Bartolus ff. de pignoribus. & tamen prohibita venditione intelligitur prohibitum pignus. lege, statu liberi. §. Quintus. in fine. ff. de statu liberis. lege sicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

3 ¶Item probo, † quia licet imponatur adultero pœna capitalis, lege, quanuis. in fine. C. de adulteris. tamen mulieri adulteræ non imponitur illa pœna. authentica, sed hodie. in eodem titulo. Sed contrariam partem quòd imò id, quod statuitur in vno correlatiuorum, censeatur statutum in alio, firmarunt Bartolus, & Salicetus in lege finali. C. de

indic.

indic. vidui. tollend. & Butrius in c. fin. extra de Iudæ. ac Panorm. in c. cùm contingat. extra de iureiurand. Et per hoc dicit Bartolus, vbi suprà, qua pœna affligitur vendens granum extra plateam, affligetur emptor. Sed, domini, reperio hanc materiam malè explicatam per doctores, ideo ego pro clarissima doctrina facio quinque membra: quia aut loquitur in materia non odiosa, aut in materia exorbitante, aut corrigente, aut pœnali, aut iudiciali. Primo casu dico quòd si est dare rationem diuersitatis inter correlatiua, tunc non erit eadem disciplina. Et ita loquuntur iura, quæ primò allegant. 4

¶ Cæterùm si non est dare diuersitatem rationis: tunc dico quòd statutum in vno, censetur statutum

in reliquo. Et iſte eſt caſus dicti capitis fina. extra de Iudæis. Ex quo infero † quòd cùm Genuenſibus, & Venetis, & quibuſcunque aliis habentibus impræſtita, ſeu loca, ſit licitum illa vendere, per legem, dudum. C. de contrahenda emptione & venditione. per conſequens vnicuique erit licitum illa emere, maximè quia non ſunt de nouo cauſata. Quod tene menti, propter varietates, quæ ſunt circa hoc tam inter Theologos, quàm inter Canoniſtas, & Legiſtas: de quibus in c. in ciuitate. extra de vſuris. & per Pet. de Anchara. plenè in ſua quæſtione, quæ incipit, antiquis, & modernis temporibus.

¶Ego autem omnia referam ſub magno cõpendio in lege, ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio. In ſecundo caſu,

ſu, videlicet quando ſumus in materia exorbitanti, adhuc dico idem, vt eſt caſus in lege prima. C. de cupreſſis ex luco Daphnen. non cedere. libro vndecimo. Nam ibi eſt materia exorbitans, & tamen arguitur à natura correlatiuorum, & fit extenſio. Nec dixetis illud ideo eſt ibi, quia fuit expreſſum: quia pondero rationem illius textus, quòd non eſt licitum vendere, quia non licet comparare. quaſi dicat quòd illud operatur natura correlatiuorum. Et per hoc poteſt ſuſtineri deciſio Bartoli in dicta lege finali, † quia ſtatutum 6
prohibens vendi granum extra plateam, non eſt correctiuum, ſed potiùs exorbitans, quia in totum non prohibet vendi, ſed diſtinguit loca: vnde potiùs dicitur lex diſtinctiua, quàm correctiua, iuxta notata

tata per Bartolum in repetitione legis, si constante. in principio. ff. solmatri. Et hoc quantum ad principaliter statutum.

¶Cæterùm quo ad pœnam an benè dicat Bartolus, videbitis infrà in tertio casu, videlicet quando sumus in materia correctiua, adhuc videtur idem per textum ad hoc notabilem in dicta lege finali. C. de indicta viduitate tollenda. iuncta lege præcedenti.

¶Ecce lex secunda tollit dispositionem legis Iuliæ Miscellæ, quantum ad vxorem, & de marito nihil dicit, & tamen lex final. in principio, in eodem titulo, declarat idem esse in marito. Nec dixeris, illud ideo, quia ibi fuit expressum: quia dico quòd illa lex venit declaratiuè, non autem dispositiuè. Et expressè illud deci

decidit ex mente & ſenſu illius. legis ſecundæ, & declarat textus ſe illam expreſſionem ſolùm facere propter ambiguitatem, quæ poſſet mouere ſimplices animos: quaſi dicat quòd etiam ſine illa expreſſione idē iudicaſſent periti, licet non ſimplices: & ſic eſt hoc propter naturam correlatiuorum, & tamen dicta lex ſecunda erat correctiua, vt patet ex eius principio: & ſic per illum textum videntur rectè determinaſſe quæſtionem præmiſſam Bart. & Salic. ibi.

¶ †Sed attende, quia in contrarium, quòd imò in materia contigente de vno correlatiuorum non fiat extenſio ad aliud, ſi ex illa extenſione iuri communi præiudicaremus. Eſt gloſſa ad literam in c. j. extra de loca. in gloſſ. in verbo, ſub excommunic 7

municatione, quæ hoc vult tam in ſua determinatione, quàm in ratione determinationis. Nam primò vult quòd illa diſpoſitio, quæ vetat ſcholares hoſpitia conducere aliorum ante finitum tempus locationis, non haberet locum in locatoribus. Et eſt communiter approbata ſecundum præceptorem meum dominum Ioã. de Graſſis, licet Hoſti. Pet. de Ancha. & Butrius aliter ibi dicant. Deinde ☞ ſubiicit illud ideo eſſe, ne derogetur
8 l. ne cui. C. loca. quæ vult † licere dominis, etiam ante finitum tempus locationis, locare domos. Quaſi dicat gloſſa quòd ſufficit ſi deroget in vno ex correlatiuis. Et quanquàm Patormitanus ibi ſatagat docere quòd ibi non erat eadem ratio correlatiuorum, vt dixi in tractatu ſtatutorum, in titulo de prohibenda alienatione

tione.prope finem. & declara vt ibi: tamen in æternum non remouebit rationem illius gloſſæ, quæ hoc concludit. Et iſtam partem credo veriſſimam, quia interpretatio, quæ fit de vno correlatiuorum ad aliud, fit ex tacito ſenſu: vt eſt caſus in dicta lege finali, ibi: ad ſenſum noſtræ legis, & cætera. Sed certum eſt quòd per ſubauditiones, & tacitos intellectus non poſſumus inducere correctionem. Gloſſ. ſingularis eſt in cap. 1. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electione. libro ſexto. ergo nec per naturam correlatiuorum. Nec obſtat illa lex final. quia dico quòd ille ſenſus non ſumitur ab argumentatione correlatiuorum, ſed ab identitate rationis in vxore, in dicta lege ſecunda, ibi: ne ex neceſſitate, & cætera. Quæ ratio in omnibus, & per omnia 9

omnia militat etiam in marito. Ideo dico ibi esse casum pro eo, quod dixi contra communem sententiam suprà eodem, in §. quinto dum dixi legem correctiuam posse ampliari per identitatem rationis expressæ. In materia verò pœnali Bartolus in dicta lege finali videtur velle quòd sit idem iudicium correlatiuorum, dum vult quòd pœna statuta contra vendentem granum, puniatur emens. Idem videntur velle Hostiensis, Petrus de Ancharano, & Butrius in dicto capitulo primo de locato, per hoc determinantes quòd illa Decretalis pœnalis procederet etiam in locatoribus per naturam correlatiuorum, quicquid ibi dicat glossa. Panormitanus verò ibi dicit quòd si non est eadem ratio correlatiuorum, tunc non fit extensio. Si verò est eadem, tunc licet

licet disposítio in vno trahatur ad aliud quo ad principale dispositum, non tamen quo ad pœnam. Et pro hoc do tibi glossam notabilem in clementina, vnica. de consanguinitate, & affinitate. in verbo, Contrahere. Nec videatur mirum quòd principale dispositum extendatur, sed non pœna: quia de hoc allego tibi casum in lege, mulcta. & ibi Bartolus, & doctores ff. de conditioni. & demonstratio. & Ioannes Andreas in capite. dispẽdia de rescriptis. in Nouella. & in capite, odia. de regulis iuris. in Mercurialibus. & dixi in tractatu statutorum. in titulo de extensi. statut. interpretatione. §. primo, in fine. Et ita etiam dicit Cardinalis Florentinus in dicto capite primo. Et quòd in correlatiuis pœna non extendatur de vno ad aliud, reperio determinasse

gloss.in c. quia clerici. de iure patronatus.

11 ¶†Ego verò dico quòd pœna statuta in vno correlatiuorum, trahitur ad aliud participantem in eadem prohibitione. Casus est in capite, si concubinæ. extra de sententia excommunicationis. vbi pœna statuta contra concubinas clericorum, inuoluuntur etiam clerici, quia postea communicãt in eodem crimine cum ipsis concubinis. Et ratio est in promptu, quia in crimine communicat cum criminoso, etiam si non sit correlatiuus, eadem pœna punitur vt præstans opem. Casus est in capite nuper. eodem titulo. De quo dic vt dixi in tractatu statutorum, in titulo de declara. expo. §. attingamus. versiculo vigesimosexto.

12 ¶†In materia autem iudiciali cùm quærit

quæritur an correlatiuorum ſit eadem diſciplina, dico quòd aut loquimur in his, quæ reſpiciunt litis ordinationem: & ſic ſtatutum in vno cenſetur ſtatutum in alio. Caſus eſt notandus in l. fi. C. de fructibus & litũ expenſis. † vbi priuilegium conceſſum vni, porrigitur ad aduerſarium eiuſdem litis. 13

¶Si verò priuilegium reſpicit litis deciſionem, tunc ſi verba reſcripti ſonant quòd ad aduerſarium tranſeat, certè tranſibit, lege prima & ſecunda. C. ſi aduerſus tranſactionem. lege, quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minoribus. & dicta l. finali, in fine.

¶Si verò verba hoc non ſonant, tunc aut eſt priuilegium conceſſum abſq; poſtulatione: & tunc non tranſibit in aduerſarium, lege tertia. §.

primo. ff. quod quisque iuris. Aut est concessum ad postulationem : & tunc in eadem causa adhuc erit idem, per dictam legem tertiam. §. primo. Aut est diuersa causa, & tunc transit ad alium, etiam non aduersarium. lege tertia §. hæc pœna in eodem titulo. Et ita dicit Barrolus in dicta l. fin. C. de fructibus, & litium expensis.

Summarium.

1 Lex noua *interpretationem recipit per legem veterem.*
2 *Statutum præferens agnatos cognatis in successione, ad tuelam extendi potest.*
3 *Nepotis appellatione qui veniant.*
4 *Mors ciuilis & naturalis paribus incedunt passibus.*
5 *Alienationis nomine quæ continentur.*

Regu

6 *Regulæ ſpeciales maliqua materia, an ſubintrent leges poſteà factas. & nu. 7. 8. & 10.*

9 *Mandans iniuriam fieri, an æquè puniatur, atque is, qui facit.*

11 *Lex exceptiua ſubintrat ſtatuta poſteà facta.*

12 *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur omnibus creditoribus hæreditarijs.*

13 *Trebellianica & Falcidia quare inuentæ.*

14 *Regula antiqua æquiparatiua an extendi poſsit.*

15 *Eccleſia & Reſpublica in præſcriptione æquiparantur.*

NDECIMO videndum est qualiter leges antiquæ declarent, & interpretentur posteriores: & hîc videbimus præclarè de interpretatione passiua. Et primò videamus an regulæ generales subintrent leges nouas, seu posteriores, ita & taliter vt ex eis recipiant interpretationem & declarationem, deinde videbimus an regulæ speciales in aliqua materia subintrent leges posteà factas in eadem materia.

1 ¶ Circa primum dico quòd si lex noua non est correctiua, absque dubio accipit interpretationem per legem veterem. lege, non est nouum. ff. de legibus. & est casus in lege finali C de hæredibus instituendis. vbi Imperator argumentatur à regula antiqua, & nouam decisionem vi illius

lus regulæ antiquæ facit. Si verò leges posteriores sint correctiuæ, tunc adhuc dico idem, dummodo leges antiquæ sint fundatæ super proprietate vocabulorum: quia tunc dicitur interpretatio declaratiua. Si verò non sint fundatæ super proprietate vocabulorum, tunc dico quòd si sint fundatæ super magna æquitate, adhuc idem crederem. Et ideo dico † quòd statutum, quo agnati præferuntur in successione cognatis, debet extendi ad tutelam vi regulæ antiquæ. Institutionib. de legitima patronorum tutela. quæ est fundata super maxima illa æquitate: quia ad quem pertinet emolumentum, debet pertinere & onus. quæ regula subintrat statutum, de quo suprá. 2

¶Si verò non sunt fundatæ super

tanta æquitate, tunc non credo tales regulas ſubintrare leges correctiuas, & ſtatuta. Et hoc probo: & hoc diligenter attende, quia multi errant. Nam certum eſt quòd habemus regulam antiquam, † quòd appellatione nepotis, continentur pronepotes, & omnes, quibus præpoſitio anteponitur. lege, cuíve corum. ff. de poſtulando. facit lex, nurus. §. gener. & lex, ſoceri. ff. de verborum ſignificatione. & tamen iſta regula non ſe extendit ad leges corrigentes, ſicut ſunt ſtatuta: aliàs Gallus non meruiſſet reprehendi per Scæuolam, de inſufficientia circa enumerationem perſonarum, prout reprehenditur in lege, Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis, & poſthumis. ſecundùm communem intellectum: licet aliter dixerim ſuſtinendo in re-

petit

petitione illius legis: nec etiam meruiſſet repræhendi circa enumerationem caſuum mortis ciuilis, in eadem lege. & quid ſi tantum. Ex quo regulam antiquam habemus, quòd à pari procedunt mors ciuilis, & naturalis, quando ciuilis habet eundem effectum omnino, quem naturalis, vt habebat in lege, ex parte. §. inſulam. ff de verborum obligationibus. lege, Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſci. 4

¶Similiter regulã habemus, quòd in caſibus non expreſſè deciſis eundum eſt de ſimilibus ad ſimilia. lege, non poſſunt. ff. de legibus. & tamen non ita dicimus in legibus correctiuis, per legem, quicquid adſtringendæ. cum ibi notatis. ff. de verborum obligationibus. & plenè per Bartolum in lege, omnes populi.

ff. de iuſtitia,& iure.

5 ¶Similiter regulã habemus quòd appellatione alienationis continentur omnia, de quibus in lege, ſancimus. C. de rebus alienis, non alienandis. Et hoc ex interpretatione, vt ibi vult gloſſa, & impropriè, non autem propriè: & ideo illa regula non ſubintrat leges exorbitantes. Quod probo, quia etiam appellatione venditionis lex duodecim Tabularum omnem contractum amplectitur. lege, ſtatu liberi à cæteris. §. primo. circa finem. ff. de ſtatu liberis. & tamen illa regula non ſubintrat. lege finali. C. de prædiis curialium. libro vndecimo. quæ eſt exorbitans, & loquitur de venditione, & tamen intelligitur non latè ſecundùm regulam antiquam legis duodecim Tabularum, ſed ſtrictè, vt eſt

textus

textus in dicta lege finali, cum gloſſa: quam gloſſam valde commendat Baldus in libello feudo. in titulo, de alien. feudi.

¶Ex præmiſſis infero Bartolum non bene inferre, in lege, liberorum. ff. de verborum ſignificatione. dum ibi dicit quòd regula illa, quòd beneficium conceſſum filio, trahitur ad nepotes, ſubintrat ſtatuta loquentia de filio. Ex qua ratione determinat quæſtionem, vt ibi per eum.

¶ † Secundo verò caſu principali, cum quæritur, an regulæ ſpeciales in aliqua materia ſubintrent leges poſteà factas in illa eadem materia. Attende, quia licet doctores in lege, ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis. vno verbo ſe expediant, dicentes quòd ſic, quia iſta eſt in- 6

terp

terpretatio passiua, tamen quia ego facio tria membra, quia aut illæ leges sunt communes, aut exorbitantes, aut corrigentes. Primo casu non dubita quòd subintrant leges communes postea factas in eadem materia.

7 ¶Si verò lex in eadem materia promulgata, est exorbitans, tunc adhuc credo quòd interpretetur extensiuè secundum regulam antiquã. Probo, quia in materia serui corrupti habemus regulam, quòd omnia dicta de seruo, militant in filio corrupto. Ista regula ponitur in lege, vt tantum. §. primo. ff. de seruo corrupto. Postea fuit facta quædam lex valde exorbitans in dicta lege, si quis seruo persuaserit. & quæ lex exorbitans loquitur solùm in seruo, & tamen per gloss. & doctores ibi, exten

extenditur ad corrumpentẽ filiumfamilias vi prædictæ regulæ factæ in eadem materia.

¶ † In tertio verò casu, quando 8
lex posteà facta in eadem materia est correctiua, vt sunt multæ leges C. & Authentic. & etiam communiter statuta: tunc hîc diligenter attende, quia dico quòd si regula in eadem materia posita est fundata super quadam fictione, seu super regula generali, communiter in quacunque materia, tunc fortè illa regula non subintrat leges vel statuta corrigentes, & corrigentia posteà facta in eadem materia.

¶ † Probo, quia regulam habemus 9
in actione iniuriarum, quòd à pari procedunt qui facit, & qui mandat fieri. §. non solùm. Instit. de iniur. & tamen statutum corrigens, loquens de

faciente iniuriam, non includit mandantem regulariter, secundum Bartolum in lege, sed si vnus. §. seruus meus. ff. de iniur. Ratio, quia illa regula est fundata super quadam fictione, & super generalitate illa, Qui per alium facit, & cætera. tamen vtrum opinio Bartoli sit vera, reperio vnum plaustrum opinionum, de quibus dixi latissimè in lege, si seruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. & ibi in hac materia adduxi plura argumenta pro & contra. vide ibi. tamen quantum ad propositum nostrum, credo verum quod suprà dixi, quia tales regulæ sub generalitate quadam, vel fictione fundatæ non debent subintrare leges correctiuas ad ampliandum correctionem, cùm hoc non reperiatur cautum, & iura super hoc loquentia loquunt

quuntur in aliis terminis, vt l. ſi quis ſeruo.

¶ † Si verò aliqua regula non eſt fundata ſuper tali generalitate, tunc aut lex antiqua eſt declaratiua in materia, aut exceptiua, aut executiua, aut æquiparatiua. Si eſt declaratiua, dico quòd ſubintrant ſtatuta, & quaſcunque leges, quantuncunque correctiuas poſteà factas: vt ecce, pone quòd ſtatutum aliquod inducat aliquod munus perſonale, certè dico quòd omnes leges antiquæ loquentes de muneribus perſonalibus ſubeundis ſubintrant illud ſtatutum. Caſus eſt in lege prima. §. primo. ff. de muneribus, & honoribus. 10

¶ † Idem dico in lege exceptiua, quia ſubintrat ſtatuta poſteà facta, vt eadem exceptio in ſtatuto 11

gene

generali fiat. Ita dicit in simili Baldus in lege, si quæramus. ff. de testamentis. & dico esse glossam notabilem in lege finali. §. in computatione. versiculo, sin verò. C. de iure deliberandi.

12 ¶Ecce regulam habemus † quòd hæres tenetur omnibus creditoribus hæreditariis, nisi fecerit inuentarium. dicta l fi. §. sinautem dubius. C. de iure deliberandi.

¶Pone ergo quòd fiat aliquod statutum, quod velit hæredem teneri efficaciter, sicut tenebatur defunctus, vel instrumentum aliquod ita habere executionem contra hæredem, sicut contra defunctum, certè dico quòd istud statutum recipiet limitationem, quam recipit ius commune, videlicet vt intelligatur, nisi fecerit inuentarium. Et hoc est, quod

vult

vult illa gloſſa.notabilis,quam ſequitur ibi Barto. & doctores, licet Dynus teneat contrarium. Et idem etiam credo in lege executiua : quia aliàs ſtatuta,& leges præmiſſæ non poſſent ſortiri effectum. Vnde ſuccedat.l.ſi ſtipulatus fuero per te. cum ibi notatis.ff.de verbor.obli.& quod habetur per Bar.in le.omnes populi. .ff. De iuſtitia & iure. † Et ideo dico quòd cùm Trebellianica, & Falcidia, ſint inuentæ ad finem facilioris executionis teſtatoris, vt Inſtitu. de lege Falci.§.j.& de fideicom. hære. §. ſed quia heredum. conſequenter dico quòd ſi ſtatutũ confirmat aliquod teſtamẽtum,quod aliâs erat inualidum, certe lex Falcidia, & Trebellianica, & ſimiles, ſe extendunt ad hoc teſtamentum. 13

¶Et per præmiſſa reprehendo Al-

beri.in secunda parte statu. q. cl.qui vult quòd succedentes ex statuto nõ habeant effectum suitatis , quia negatur:Nam iura loquentia de suitate, subindicant tale statutum . Ideo hoc infero ad quæstionem quotidianam, quia statuta communiter per Italiam volunt quòd masculus excludat filiam dotatam : Ideo dico quòd iste masculus nedum habebit iura suitatis in parte sua,in qua succedit de iure cõmuni,sed etiam in parte, quam habet vi statuti ,quicquid dicat Alberi. vbi supra.

14 ¶In quarto & vltimo casu,tquãdo regula antiqua est æquiparatiua , vt quia æquiparat duos casus ,vel duas personas in eadem materia , certè tunc videtur quod si fiat lex vel statutũ corrigens in vno,trahatur ad reliquum vi illius regulæ , per dictam l.

vt

vt tantum. §. ſ. coniunctis notatis per glo. & doctores in dicta l. ſi quis ſeruo. Sed, vt dixi, ibi loquitur in materia exorbitanti, non autem correctiua, & leges exorbitantes facilius extenduntur, quàm corrigentes, ſecundum Bartolũ, in repetitione l. ſi conſtante. ff. ſoluto, matrimo. Vnde fortè tunc ſecus erit dicẽdum in materia correctiua. Et hoc videtur de mente doctorum virorum in authentica, quas actiones. C. de ſacro ſanct. eccle. inquantum volunt quòd l. fina. non ſit correcta quantum ad rem publicam, † & in materia præ- 15
ſcriptionis, de qua ibi, æquiparantur à regula antiqua, eccleſia, & Reſpublica: vt eſt caſus in dicta l. fina. Domini, notetis ſingulariter iſta, quia conferunt ad infinitarum legum declarationem.

Summarium.

1 *Instrumenta quæ conueniant ad iura interpretanda.*
2 *Intelligentia quid sit, & circa quæ versetur.*
3 *Scientia quid sit Aristoteli.*
4 *Prudentia quid sit, & in quibus locum habeat.*
5 *Virtus nulla citra prudentiam.*
6 *Sanctio legalis quare non sit scientia.*
Ars quid sit, & in quibus versetur.
7 *Deus semper præ oculis habendus.*
8 *Legum intelligentia à Deo petenda est*
9 *Instrumenta ad legum cognitionem apta quibus modis acquirantur.*
10 *Consilium in omnibus magnoperè necessarium.*
11 *Iudex pro suo arbitrio non debet transgredi regulas iuris gentium.*

Homo

12 *Homo & optimum eſt, & peßimum omnium animantium.*

13 *Iudex in pœnis quouſque poßit ſuum arbitrium extendere.*

14 *Iudex iudicaturus quæ præ oculis habere debeat.*

DVODECIMÒ & vltimò pollicitus ſum tradere generaliter modos, quinos docent, & inſtruunt interpretari, & intelligere leges, & iura, & quos debeat quis habere ante oculos. Et iſta vltima pars diuiditur in tres partes principales, quia primò diſcutiam quæ ſint inſtrumenta perfecta, ad ſciendum interpretari iura.

¶ Secundò de modo nanciſcendi illa inſtrumenta. Tertiò, illis habitis, de modo exequendi.

¶ Circa primum dico quod qua 1

tuor habemus, vt ſic loquar, inſtrumenta, videlicet intelligentiam, ſcientiam, ſapientiam, & prudentiam: quæ ſunt quatuor intellectuæ virtutes, & eſt quinta, quæ dicitur ars. Et attende diligenter, quia iſta inter ſe
2 multùm differunt. † Nam intelligentia, principiorum eſt, & circa principia verſatur: ſcientia verò non eſt de principiis, nec principia tractat, ſed ab illis iam cognitis diſcurrit: ac proprièſcientia eſt de his rebus, quæ aliter eſſe non poſſunt, Sapientia verò vtrunque complectitur. Nam & de principiis, & de his, quæ à principiis manant, iudicat, & diſcernit. Primum & ſecundum probo authoritate Ariſtotelis in libro magnorum moralium, c. xij. vbi dicit quòd intellectus, eſt circa principia intel-
3 ligibilium entium, & † ſcientia eſt

eorum

eorum, qnæ ſunt cum demonſtratio ne. Principia autem intelligibilia ſunt: quare non itaque erit circa princi- pia ſcientia, ſed intellectus: quòd au- tem ſapientia ſit ex intellectu & ſcien tia compoſita, vult idem Ariſtoteles in dicto libro, c. xiij.

¶ † Prudentia verb eſt de his re- 4
bus, quæ aliter eſſe poſſunt, & quæ nõ ſemper eodémodo fiunt, in quibus etiam conſilium, & electio locum ha bent. Hoc probo etiam authorita- te Ariſtotelis, in li. j. magnorum mo ralium, c. xvij. dicentis quòd prudẽtia eſt circa operabilia, in quibus eſt e- lectio, & fuga. Et ſubiicit quòd prudẽ tia eſt habitus electiuus, & operati- uus eorum, quæ in nobis ſunt. Et iſta prudentia eſt, quæ facit nos ſeruare mediocritatem quandam in affecti- bus noſtris, quæ mediocritas eſt in

omnibus virtutibus moralibus inter
5 excessum & defectum.† Et ideo licet prudentia sit virtus intellectiua, tamen sine ea nulla moralium virtutum esse potest: vt etiam legitur apud Aristotelem in libro ij. magnorum moralium .c. vij. vbi dicit quòd neque absque prudentia aliæ virtutes sunt, nec prudentia perfecta est absque aliis virtutibus, sed cooperantur quodam modo ad se inuicem consequentes.

¶Idem Aristoteles in libro vj. Ethicorum. dicit quòd necesse est prudentiam esse habitum cum ratione, verùm circa humana operatiuum.
6 Et per præmissa videtur quòd legalis sanctio propriè non sit scientia, cùm versetur circa mutabilia, & quæ aliter esse possunt.

¶Ars verò, quæ est quinta intellectiua

ætua virtus, in eodem genere, quo prudentia verſatutur: ſed in eo differt, quod ars in faciendo, prudentia in agendo conſiſtit. Et iſtud vltimum declara vt habetur per Leonardum Arctinum in ſuo Iſagogico morali, prope finem.

¶Intellecto ergo quæ ſint inſtrumẽta, de quibus ſuprà videamus de modo nanciſcendi illa inſtrumenta. † Et dico quòd primò & ante omnia 7
debes præ oculis habere Deum, & illius auxilium, ac gratiam Spiritus Sancti inuocare: quia, vt inquit Iacobus Apoſtolus: Omne datum optimũ, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum Et Auguſtinus in Epigramma. epiſtola xxix. Nemo eſt tam eruditus, nemo tam doctus, qui ſupernaillustratione non egeat. Et Pſalmi-

ſta pſalmo xxxvj. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. & in lib. j. Regum. c. ij. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et Ieſus filius Sirac in Eccleſiaſtico. c.j. Deus præbet ſapientiam diligentibus ſe, dilectio Dei honorabilis ſapientia. Et Tobias hiſtoriologus c. iiij. Multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. & in lib. Sapientiæ c.j. In maleuolam animam non introibit ſapientia. Et Salomon Prouerbiorum c. triceſimo: Clypeus eſt dominus ſperantibus in ſe. † Primò igitur 8 preces debes effundere Ieſu Chriſto ſaluatori noſtro, & eius glorioſæ matri, vt rectam legum intelligentiam tibi præbeat. Et orandum eſt nedum

dum lingua, ſed etiam ſpiritu, & mente, quia, vt inquit Paulus Apoſtolus in epiſtola j. ad Corinthios: Si oret lingua, & ſpiritus meus non oret, mens mea ſine fructu eſt. Secreta quoque debet eſſe oratio: quia Mathæus in Euangelio. c. vj. dicit: Intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Et ſubiicit: Orantes nolite multumloqui.

¶ Demum conſulta maieſtate diuina, & eius auxilio inuocato, ſtudebis debito tempore, quia in modico tempore non potes plura ſcire. Argumen. xlviij. di. c. j. & nemo repentè fit ſummus. de pœni. diſtin. ij. §. & quæ de charitate. Nec ſufficit diu ſtuduiſſe, niſi bene ſtudueris.

ris: vt dicit glo. in l. vnicuique. C. de proxim. sacrorũ scriniorum. lib. xij. & in c. ex literis. extra de resti. spolia. in verbo. Instructus. Aliquando tamen ingenium & industria supplet tempus in bene studentibus. dist. lxxvij. c. monachus. † Bene ergo studendo, & sæpe rogando, & conferendo, ac rogata tenendo, & retenta docendo poteris dicta instrumenta nanciſci: quibus ademptis circa modum exequendi talem seruabis ordinem, quia primò si poteris, consules peritiores. l. in bonorum. ff. de bonor. possess. Et profectò attentis varietatibus iuris, nusquam velis tantum inniti prudentiæ tuæ, vt prosternas aliorum consilia. c. ne innitaris extar. de constitutionib. quia, vt inquit Salomon Prouerbiorum

9

uerbiorum c. ij. † Qui ſapiens eſt, au 10
dit conſilia. Et idem Salomon c.xiij. Qui cum conſilio cuncta agunt, regentur ſapientia. Aſtutus omnia agit cum conſilio. Et Ieſus filius Sirac in Eccleſiaſtico.c.xxxij.Sine cõſilio nihil facias, & poſt factũ te nõ pœnitebit, Et Salluſtius in Catilinario: Priuſquam incipias conſulto,& vbi conſuleris,maturè opus eſt facto. Et Tullius Philippicorum li.vj.Etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus admoneri ſolent. Et Seneca Epiſtolarum ad Lucilium lib. ij.c. v. Conſilium rerum omnium ſapiẽs expectat, non exitum.

¶ Demum habito conſilio conſiderabis primò circa ordinem ſeruandum in Iuris interpretatione. Id quod dixi ſupra .eo. in §.iij. Et quando reperies varietatem opinionum inter

inter gloſſatores, & doctores, conſi-
derabis diligenter, id quod dixi ſu-
pra in §. iij.

¶Item quia multa reperies in iure,
quæ ſunt relicta ad arbitrium iudicis,
conſiderabis diligenter quibus ver-
bis lex vtitur, quia aut dat arbitri-
um per iſta verba, prout iudici vide
bitur, aut prout æſtimauerit, aut
prout ſibi placuerit, aut prout ſibi
libuerit. Aut verò lex relinquit ſuo
ſenſui, aut ſuæ conſcientiæ, aut
ſuo iudicio: quæ omnia verba quid
importent, tetigi plenè in l. ſi ſic.
ff. de lega. j. vbi omnino vide. & eti-
II am mementote, † quia licet facul-
tas detur iudici per verba ſignifica-
tiua liberæ voluntatis, non tamen
poteris tranſgredi regulas iuris genti
um, ſiue aliquid agere contra natura
lem æquitatem, ſed tantùm libera-

tur

tur à regulis iuris ciuilis. Ad quod vide Bar. eleganter in extrauaganti ad reprimendum. ſuper verbo, videtur. Et dixi in dicta. l. ſi ſic. & etiã virtute talis poteſtatis nõ poteſt aliquid agere doloſe. l. creditor. ß. Lucius. ff. mandati. Ita quòd non obſtante tali poteſtate ſibi attributa debet ante oculos habere iuſtitiam, & dolum abiicere. Nam, vt inquit Ieſus filius Sirac c. x. Regnum de gẽte in gentem transfertur propter iniuſtitias, iniurias, contumelias, & diuerſos dolos. Et, vt inquit Ariſtoteles in libro 5. Politicorum, † ſicut perfectum optimum animaliũ eſt homo, ſic ſeparatũ à lege & iuſtitia, peſſimum eſt omnium. Idem Ariſtoteles li v. Ethicorum, Præclariſſima virtutum eſſe videtur iuſtitia, & nec heſperus, nec lucifer ita mirabilis. Et Salluſtius in Cat

12

Caulinario: labore, ac iuſtitia Reſpublica excreſcit. Et Macrobius de ſomnio Scipionis li. j. in principio: Sine iuſtitia non ſolùm Reſpublica, ſed nec exiguus hominum cœtus, nec quædam parua domus conſtabit. Et Boethius in lib. j. de Conſolatione: Obtẽperare iuſtitiæ, ſumma libertas eſt. Idem Boethius de Conſolatione libro. iij. Imperante, florentéque nequitia, virtus non ſolùm præmiis caret, verm etiam ſceleratorũ pedibus ſubiecta calcatur, in loco facinorum ſupplicia luit.

13 ¶ † Et attende, quia multæ ſunt pœnæ delictorum relictæ ad arbitrium Iudicis, quo caſu poteſt ſuum arbitrium extendere vſque ad mortem inclusiuè. glo. ſingularis in §. in ſumma. Inſtitu. de iniur. Habeat tamen præ oculis id, quod dicit tex. notabilis

bilis in l. obſeruandum. ff. de officio.præſidis.

¶Et miſcere diſciplinam & miſericordiam ſimul : quia , vt inquit Gregorius in Paſtorali in c.xviij.diſciplina vel miſericordia multùm deſtituitur , ſi vna ſine altera teneatur. Ideo fiendum ex vtroque quoddam temperamentum , vt neque multa aſperitate exercerẽtur ſubditi,nec nimia benignitate ſoluantur.

¶ Idem Gregorius C. xxij . cùm non malitia, ſed ſola ignorantia , vel infirmitate delinquitur ,profectò neceſſe eſt vt magno moderamine ipſa delicti correctio temperetur.Et Iſidorus in ſynonyma ſoliloquiorum lib.i. cap. xlix .Impia iuſtitia eſt humanæ fragilitati non ignoſcere : non ames damnare , ſed emendare potiùs , & corrigere.Tene rigorem in diſcuſſio-

ne iustitiæ, & misericordiam in diffinitione sentẽtiæ. Et Senecain proverbiis: Respue crudelitatem, & matrem crudelitatis, Iram. Et idem Seneca de clementia, Iustitia sine misericordia, & etiam omnibus ignoscere, crudelitas est.

¶Itẽ habeat iudex præoculis textũ notabilẽ, quẽ magnificus præceptor dominus Io. Grassus semper admonuit me præoculis habere, in c. j. de re iudi. li. vj. qui tex. iubet ut abiicias
14 odium, fauorem, timorẽ, ac præmiũ. Adde etiã verba singularia Ciceronis in li. ii. de oratore inquiẽtis, quòd multò plura homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, iracũdia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut terrore, aut aliqua promotione mentis, quã veritate, aut iuris norma, aut iudicij forma, aut legibus.

Subiicit etiam tex. in dicto c. j. quòd ſlaterã debet Iudex in manibus portare, & lances æquo libramine appendere, ſolum Deum præ oculis habere. Et adde quod habetur in Leuitico, cap. xix. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Nolite facere iniuſtum aliquod, in iudicio, in regula, in pondere, vel menſura. Iuſta & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius. Et Salomon in Prouerbiis c. vj. Non declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram Matthæus in Euangelio, ait: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur & vobis. Iſidorus Soliloquiorum lib. j. c. j. Pereunt leges, auaritia iudicante. Præmia, & dona legibus vires tulerunt: vbique pecunia vincit, vbique venale iudi-

229

de hoc ſingulari tractatu. Conſtan
tius Rogerius de Bardis, vtriuſque
Iuris doctor.

EXPLICIT
TRACTATVS DE IVRIS
interpretatione, compilatus per
præfatum dominū Conſtan
tium in ſtudio Taurinen-
ſi legentem ordinari
um de ſero, Anno
Domini.

1463

79 c 1246